









22

~~P. N. 7. XX~~

Pr. B. num. 4.

1681/10

12/1

Q. D. B. U.  
DISSERTATIO JURIDICA SOLENNIS,

De

# JURE FIDEJUS- SORUM,

QVAM

CONSENSU MAGNIFICÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
IN FAMIGERATISSIMA VIADRINA,

*Sub Præsidio*

DN. JOHAN. FRIDERICI RHETII,  
J. U. D., SERENISSIMI ac POTENTISSIMI ELECTO-  
RIS BRANDENBURGICI CONSILIARII, FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIJ, DECANI, DECRETAL. & JURIS PUBLICI  
PROFESSORIS PUBL. ORDIN.

24

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HO-  
NORIBUS OBTINENDIS.

*In Auditorio Juridico*

Placido Eruditorum examini submittit

Die 24. Novembr. An. MDCLXXXI.

Horis Ante & Pomeridianis

HENRICH JULIUS GARSSEN,  
BRUNSVVICENSIS,



Francofurti cis Viadrum,  
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.



P. 22.





*Perillustri Summè Reverendo & Gene-  
rosissimo*

**DNO. FRIDERICO**  
de *Heinburg* /

**SERENISSIMI PRINCIPIS DNI. RU-  
DOLPHI AUGUSTI DUCIS BRUNSVICENSIS  
ET LUNEBURGENSIS MINISTRO STATUS  
PRIMARIO ET CONSILIORUM PRÆ-  
SIDI SUMMO**

**CAPITULORUM S. BLASII & CYRIACI PRÆPO-  
SITO DIGINISSIMO**

*DNO. FAULTORI & PATRONO SMO*  
**HONORATISSIMO**

**Dissertationem hanc Solennem**

**Officiosissimè  
D. D.**

**HEINRICH JULIUS GARSSEN.**







## PROOEMIUM.

**V**ariis iisque cognitu dignissimis  
spatiosissimum juris nostri pelagus re-  
pletum esse materiis, neminem esse, qui  
diffiteri possit arbitror. Deliberanti  
itaq; mihi, permissâ à Magnifica Facul-  
tate Juridica pro summis in utroq; jure honoribus  
consequendis disputandi potestate, quamnam Di-  
sputationis loco materiam tractandam sumerem,  
numero sanè innumeræ sese mihi obtulerunt, ven-  
tilationibus Academicis non indignæ. Cùm ve-  
rò ad ea potius studiorum nostrorum dirigendum  
esse cursum, quæ & frequenter & facilè, quàm quæ  
per rarò solent evenire juxta *l. 5. ff. de LL.* mecum per-  
penderem, & in iis cum primis juris materiis, quæ  
non subtilitatem solùm, verùm & utilitatem  
spectant, per vestigandis industriam atq; curam in-  
sumendam esse haberem mihi persuasissimum; Id-  
circo tempus me non inutiliter collocaturum  
arbitratus sum; si de frequentissima fidejussionis ma-  
teria pro ingenii mei tenuitate impræsentiarum pau-  
cis agerem, atq; de illa quasdam conclusiones pu-  
blicæ συζητήσει subjicerem, & veritatis indagandæ gra-  
tiâ proponerem. Siquidem illa ipsa Fidejussionum



tractatio non modò propter subtilitatem plurimorum exercuit ingenium, defatigavitq; diligentiam, verum & tantæ est utilitatis, ut propè Judex nunquam se recipiat ad curiam, nullum fermè peragatur judicium, ubi non primùm de jure fidejussorum instituatur quæstio. *Francus Tract. de Fidejuss. prolegom. n. 6.*

Etsi autem hæc, materia ob doctrinarum & casuum quotidiè in ea occurrentium varietatem & amplitudinem amplissimum differendi campum aperiat, nos tamen, non ut materiæ amplitudo postulat, sed ut ingenii tenuitas, & Disputationis leges permittunt, brevissime eam pertractabimus. Et cum vel ipse conatus sit in laude positus, faciliorem veniam de bonis & eruditis expectamus, si Nobilissimam hanc materiam eà quâ decet, dignitate minimè exposuerimus. Ne verò sine methodo & ordine agam, animus est Capite I. Nominalem & Realem Definitionem Fidejussionis exhibere, ut & divisionem ejus perlustrare. II. dum Cap. Personas fidejubere valentes & prohibitas depinget. III. Materia & Objectum Fidejussionis demonstrabitur. IV. tum Formam indigitabit. V. tum Effectum & actiones occasione fidejussionis orientes explicabit. VI. De Beneficiis fidejussorum dicetur. Et tandem VII. De Modis tollendæ fidejussionis tractabitur. DEUS O. M. cœptis clementer annuat.

CAP.



## CAPVT I.

De

# NOMINALI ET REALI DEFINITIONE FIDEJUSSORUM ET FIDEJUSSIONIS EJUSDEMQUE DIVISIONE.

### SUMMARIA.

- T**urpe prius determinare, quam terminos intelligere. 1.  
Etymologia Fidejussionis. 2.  
Quotupliciter usurpetur vocabulum Fidejussoris. 3.  
Quomodo Fidejussor differat à Mandatore, Sponsore & Constitutore 4.  
Veteres Fidejussores prædes vocârunt. 5.  
Definitio Fidejussionis. 6.  
Quid sit Fidejussor. 7.  
Quomodo dividatur Fidejussio. 8.

**C**um turpe sit, prius determinare, quam terminos intelligere *Franc. Mantic. de conjectur ult. volunt. l. 1. tit. 1. n. 1.* Et inconueniens videatur interpretationem promittentibus, omisiss initiis, protinus materiam ipsam tractare *l. 1. ff. de Orig. jur.* Ideo non abs re me facturum existimo, si materiam fidejussionis tractaturus, prius quam ad ejus penetralia accedam, in vocabuli ipsius Etymologiam, Homonymiam, & Synonymiam inquiram.

Nomen fidejussionis non simplex, sed ab origine factum duplici, & compositum esse à fide & jussione constat. *Nicol. Boer. de iis 221. n. 10.* Fidejubere enim idem est, quod fide sua jubere. *l. Credit. 60. §. 1. ff. Mandati.*

Usurpatur autem vocabulum Fidejussoris vel late, vel strictè. Late sumptum complectitur omnes, qui pro aliis fidem suam adstringunt, alienamq; in se suscipiunt obligationem. *l. Si quis. 4. ff. de Condict. causa datâ. l. quamvis. 8. §. 2. ff. ad Sctum Vellejan. l. ob eam. 9. ff. de præscr. verb. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. disp. 28. th. 1. Lit. A.*



Strictè & magis propriè Fidejussor is dicitur qui pro debitore principali, interposità stipulatione, reo principali manente obligato, in majorem securitatem se obstringit, *arg. pr. Inst. de fidejussor §. ult. Inst. de Repl. Harp. ad pr. tit. Inst. de fidejuss.* In priori significatione Fidejussores dicuntur etiam Mandatores. *l. Gran. 71. Pr. ff. de fidejuss. it. Sponsores l. Sponsio 7. ff. de V. S. it. Constitutores. l. quidam. 26. de Const. pecun. l. fin. C. eod.* Posteriori vero modò considerati Fidejussores variè discrepant à Mandatoribus, Sponsoribus, & Constitutoribus. Et quidem, quòd Mandatorem attinet, ille non præsens tantum, sed & absens mandare potest. *l. 1. §. 1. l. 32. ff. Mandati.* Fidejussor autem tantum præsens fidejebet. *l. 32. Mandati. §. ult. Inst. de fidejuss.* II. Mandatum nudo consensu constituitur. *Treutl. Vol. 2. disp. 28. th. 1. lit. 6. Sichard. ad rubr. Cod. de fidejuss.* Fidejussio vero stipulatione. *Colleg. Argentor. ad tit. ff. de fidejuss. §. 4.* III. Quamvis ordine naturæ fidejussio sit accessio & sequela obligationis principalis. *§. 5. Inst. de fidejuss.* tamen tempore & actu contrahendi fidejussor non modò sequi potest principalem obligationem, verum etiam præcedere. *§. 3. Inst. & l. 6. §. ult. ff. de fidejuss.* Mandatum autem præcedit obligationem & non sequitur. *Ulp. in l. 12. §. 14. ff. Mandati.* Sponsor is appellatur, qui sponte suà, non rogatus pro alio promittit. *Schneidvv. n. 7. ad rubr. tit. de Fidejuss. Harpr. n. 4. ad pr. Inst. h. t.* Fidejussor autem qui rogatus pro alio intercedit, atq; fidem suam obligat, & qui mandatu alterius intercedit. *l. Rogatus. 33. Mandati. Welsenb. in parat. ad tit. ff. de fidejuss. Harpr. in Comment. ad tit. Inst. de fidejuss. n. 4.* Constitutor differt à Fidejussore propriè & strictè sic dicto; Quòd Fidejussor stipulatione interveniente obligetur. *arg. §. 8. Inst. de fidejuss.* Constitutor autem nudo pacto adstringatur. *§. de Const. 9. Inst. de Act. Schneidvv. d. l. n. 6.*

5 Veteres Fidejussores Prædes vocarunt; Unde illud apud Cicer. in 3. Verrina Prædiis & Prædibus cavere. Germ. Fidejussor dicitur Ein Bürge. *Besold. in thesaur. pract. lit. B. verb. Bürgen* Nam sicut arx sive fortalitium eine Burg ingruentibus hostium incursionibus, imò & tempore pacis securos facit; ita quoq; fidejussor timido creditori animum addit, ut securè debitori pecuniam credat.

6 Nominali paucis perlustratà, ad ipsam Realem accedimus definitionem Fidejussionis, quam cum Antonio Heringio in exquisitissimo tra-



## DEFINITIONE FIDEJUSS.

tractatu de fidejussoribus c. 3. n. 8. definimus: Fidejussio est stipulatio, quâ quis pro debitore aliquo fidem suam, citra novationem interponendo ad debiti solutionem in subsidium obligatur. Singula definitionis membra hîc explicare operæ pretium non esse æstimamus; ex sequentibus enim capitibus illa satis elucescent.

Fidejussor est, qui mediante stipulatione pro debitore fidem erga creditorem interponit, atq; ita alterius obligationi accedit, in securitatem crediti. *Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. th. 36.*

Definitionem rectè excipit divisio Fidejussionis, quæ à variis variè dividitur. Ex pluribus unam & quidem primariam adducemus, quâ dividitur in Judiciale & Extrajudiciale. Judicialis est, quâ in judicio cavetur adversario, ut is securior reddatur, datis fidejussoribus idoneis, & Satisfactio appellatur §. *Sin autem. Inst. de Satisfat. Rittersh. in Nov. p. 9. c. 13. n.* Extrajudicialis fidejussio est, quando aliquis pro debitore principali extra judicium fidem suam adstringit. *Valent. Franc. de fidejuss. cap. 1. n. 35.* Atq; illa in negotiis contrahendis & firmandis utilis est & frequentissima.

## CAPVT II.

DE

## PERSONIS FIDEJUBERE VALENTIBUS ET PROHIBITIS.

### SUMMARIA.

**A**N Fidejubere liceat. num. 1. Non probanda temeraria fidejussio. 2. Quenam personæ fidejubere possint. 3. Quædam personæ Naturâ, quædam Lege fidejubere prohibentur. 4. Naturâ à fidejussionis contractu arcentur I. Furiosi. 5. Ratio. 6. Furiosis annumerari possunt amentes. 7. A furore intermissionem habens fidejubere potest, tempore intervalli. 8. II. Fidejubere prohibentur Prodigii. 9. Ratio. 10. III. Fidejussionibus interdicitur Ebrius. II. Ratio. 12. Disting. inter enormem & modicam ebrietatem. 13. IV. Ad fidejubendum non ad-

mit-



mittuntur Muti & Surdi. 14. Ratio. 15. Quis Muti & Surdi nomine intelligatur. 16. Quid de cæco statuendum. 17. Jure Canon. & moribus etiam Mutus & Surdus, modo mentem signis declarare queat, fidejubere non prohibetur. 18. Lege fœdus fidejussionis inire vetantur quædam personæ, vel ob Statum, vel ob singularem in qua constitutæ sunt Conditionem, vel ob Ætatis fragilitatem, vel ob Sexus imbecillitatem. 19. Ob Statum fidejubendi facultate destituuntur Servi. 20. Ratio. 21. Limitat. 22. Ob singularem conditionem pro Fidujussoribus adhiberi non possunt I. Milites. 23. Ratio. 24. Excipiuntur quidam casus, quibus à fidejussione non arcetur miles. 25. Si priusquam nomen suum militiæ profecti fuerint, milites fidejusserint fidejussio prius legitime contracta prætextu militiæ non rescinditur. 26. II. Ob conditionem fidejussionem idoneam non præstare possunt Clerici. 27. Limit. 28. Quid de Fidejussione parochorum, qui Augustinæ Confessioni se addictos esse fatentur, dicendum? 29. Ob Ætatis fragilitatem fidejussionis nomine obligari non possunt Pupilli & Minorenes. 30. Ob Sexus imbecillitatem fidejussionis munus obire & pro aliis intercedere non possunt Mulieres. 31. Ratio. 32. Ad fidejubendum non sunt idoneæ ac pro aliis intercedere nequeunt Fæminæ ob Sctum Vellejanum. 33. Nec in foro externo nec conscientiæ interno Mulieres pro aliis intercedendo obligantur. 34. Tuta est fæmina exceptione Scti Vellejani, etiamsi pater consenserit. Et quando statuto cautum, nequis contra instrumentum publicum excipiens audiatur. 35. Mulieris quoque Heredibus, Procuratoribus, Mandatoribus, & Fidejussoribus Scti Vellejani beneficium competit. 36. Sunt quidam casus excepti, quibus Scti Vellejani remedio uti non potest mulier. 37. Nimir. I. Ob factum ipsius mulieris 1. Si callide & dolose ac decipiendi animo intercesserit. 38. Ratio. 39. Si pretium pro intercessione acceperit. 40. Ratio. 41. Quenam sit quantitas pretii, qua mulier Scti Vellejani remedio sit expers. 42. 3. Si post biennium repetierit intercessionem. 43. Ratio. 44. An opus sit certificatione. 45. Pro marito nec iteratâ intercessione obligatur mulier. 46. Ratio. 47. Limit. Si pro marito incarcerato intercedat mulier. 48. An Authentice si qua mulier renunciari possit. 49. Numne uxor juramento d. Authentice si qua mulier renunciare possit. 50. 4. Valida inter



VALENTIB. ET PROHIBIT.

9

est intercessio mulierum, neq; illæ SCti Vellejani exceptionem opponere possunt, si renunciarverint beneficio SCti Vellejani. 51. Mulier exceptionem SCti Vellejani non potest opponere, s. judicialiter s. extrajudicialiter renunciarverit beneficio SCti Vellejani. 52. Cum primis renunciatio SCti Vellejani corroborat fæminarum intercessionem, si mediante juramento facta, etiamsi certiores de illo prius redditæ non sint. 53. Ratio. 54. An intercessio juramento vallata, si specialiter SCto Vellejano non fuerit renunciatum, excludat SCti Vellejani beneficium? 55. II. Mulieres non obstante SCto Vellejano, intercedendo obligari possunt, ob singularem conditionem 1. Rerum, quarum ratione intercedunt, ut si intercessio fiat pro dote. 56. Ratio. 57. Intercessio mulieris pro dote valida est, si ve de illa danda, si ve restituenda fidejubeat. Licet Solennitates L. Antiquæ 23. C. ad SCtum Vellejanum non intervenerint. 58. An pro marito suo dotem promittente fidejubeat possit mulier? 59. Subsistit & fidejussio à muliere ratione studiorum & alimentorum interposita. 60. Pro servo ad consequendam libertatem mulier fidejubens Vellejano SCto non est tuta. 61. Ratio. 62. II. Personæ intercedentis fæminæ peculiaris qualitas SCtum Vellejanum excludit; ut si communem cum marito negotiationem exerceat. 63. An illustres mulieres, quæ ipsæ regnis & territoriis præsent, & majestatem vel Regalia habent possint uti exceptione SCti Vellejani. 64. Singularis personæ, pro qua interceditur conditio, efficacem fæminæ fidejussionem facit; Si nimirum apud minorem creditorem pro ejus debitore, qui non est solvendo intercessit. 65.

**A** Ntequàm de personis ad fidejubendum idoneis tractaretur, non impertinenter hic moveri posset quæstio; An fidejubere liceat, I. nec ne? Ad quid enim prodesset de fidejussione suscepta disceptatio, si illicita esset ista, bonisq; moribus repugnaret? Verum cum controversiam illam non minùs eruditè ac latè tractaverint, atq; pro & contra disputaverint, *Hunn. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 28. th. 1. Harpr. in Comment. ad Tit. Inst. de fidejuss. & latisimè Anton. Hering. in d. Tract. de fidejuss.* qui ad argumenta in contrarium adducta respondet, proluxæ disquisitioni ulteriori illam quæstionem subicere operæ pretium esse non videtur. Breviter igitur cum modo dictis Autoribus

B

asse-



asserere non dubitamus; Fidejussionem non solum actum honestum, & divino ac humano jure licitum, sed etiam in usu commerciorum, & vita communi valde necessarium esse. Fidejussionis enim contractus si tolleretur, commercia certe non parum impedirentur. *Hunn.*

2. *ad Treutl. d. vol. 2. Disp. 25. th. 1.* Interim tamen non probanda temeraria fidejussio; quin potius unicuique eò videndum, ne temerè fidejubeat, nec alienam obligationis sarcinam in se suscipiat. *Colleg. Argentor. ad Tit. ff. de fidejuss. n.*

Nunc progredimur ad quæstionem; Quænam personæ fidejube-  
re possint. Et cum fidejussio sit de genere permissorum, ideo talent

3. regulam formamus; Quod omnes fidejube-  
re queant, quicumque expressè non prohibentur. *Arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de Procur. l. 8. ff. de Accus. Harpr. in Comment. ad tit. Inst. de fidejuss. n. 37. Manzius Tract. Ration. de fidejuss. n. 2.* Et qui stipulando obligari possunt *l. 3. ff. de fidejuss. Treutl. Select. Disp. 28. th. 2. Wesenbec. in Paratit. ff. de fidejuss. n. 3.*

4. Prohibentur autem quidam Naturâ, quidam Lege. Naturâ à fidejus-  
5 sionis contractu arcentur I. Furiosi. Furiosus enim sive stipuletur sive  
6 promittat, nihil agit, quia nec aliud quicquam agere intelligitur. *l. 2. §. furiosus 3. ff. de Jure Codicill. l. Si à reo 70. §. Si à furioso 4. ff. de fidejuss. §. furiosus. 8. Inst. de inut. stipul.* Unde Bartolus lapidi furiosum æquiparat in *l. 1. §. item acquirimus ff. de acquirend. hered.* Nam furor hominis mentem abstrahit, ut veram rerum substantiam discernere nequeat; eoque absentis, dormientis, & quiescentis loco habetur furiosus. *l. 2. §. furiosus 3. ff. de Jure Codicill.*

7 Furiosis isto in passu annumerari possunt amentes, fatui, & mente capti, *Albere / schlechte / und einfältige Leute.* *Hering. d. Tract. cap. 7. n. 116. & 117.* Quamvis alias à Furiosis differant Mente capti, quòd illi rabiem & furorem per signa externa magis prodant, hi magis in quiete. *Borcholt. Tract. de Pact. c. 3. n. 8. Mynsing. ad Inst. in §. 1. de Curat. Bald. in l. Furiosi. C. de Nupt. Schneidw. ad Inst. §. 1. de Curator. n. 40. qui & n. 5. tradit,* quibus argumentis furor probetur. Quod autem de Furioso dictum, ipsum fidejubendi potestate esse destitutum, id de eo intelligitur, qui perpetuo furore agitur, non autem de illo, qui à furore intermissionem habet. *l. 2. C. de Contrah. empt.* Iste enim cum illo tempore, quo furor cessat, rectè paciscatur & contrahat. *§. præterea*

vero



vero *Furiosi. Inst. Quib. non est permiffum facere testamentum.* Quin  
& fidejubere tempore intervalli poffit, extra omnem eft dubitatio-  
nem.

II. Fidejubere prohibentur Prodigii. Tenuiffimo enim filo, quan- 9  
tum quidem contractus, (non autem delicta) attinet, à furiofo diftat pro-10.  
digus, quare & paffim in jure conjunguntur. *l. Marcellus 25. ff. de fidejuf.*

III. Fidejuffio interdicitur Ebriis: Quia mortuis & furiofis II.  
comparantur, & nefciunt, quid loquantur. *Panorm. in c. 1. X. de Testam. 12.*  
*Decius Conf. 112. Mascard. de Probat. Concl. 135. Borcholt. de Pactis c. 3.*  
*n. 13.* Coeterum diftingvendum hîc putamus inter enormem, & modi-13.  
cam ebrietatem. Quando igitur Ebrium fidejuffione non adstringi fla-  
tuimus, utiq; id de ejusmodi ebrio intelligendum effe exiftimamus, qui  
ad ambas usq; aures impletus mentis & rationis non fuit compos. *An-  
thon. Hering. d. tract. c. 7. n. 132.* utpote in quo nullum eft sanum rei ge-  
rendæ confilium. *Gail. lib. 2. obfer. v. 110. n. 23.* Secus eft in eo, qui mo-  
dice ebrius eft; ille enim cum testari & contrahere poffit. *Paul. de Castro*  
*in l. frater. C. qui testam. facer. poff. Decius. conf. 112. Mascard. de pro-  
bat. Concl. 579. n. 8.* etiam fidejubendi facultatem ipfum habere cenfe-  
mus: fiquidem nec in delictis ab ordinaria pœna liberari ob modicam e-  
brietatem conftat. *Bart. in l. data opera C. qui accus. non poffunt. Me-  
noch. c. 326. Gail. lib. 2. Obfer. v. 110. n. 28. Mascard. d. Concl. 579. n. 9.*  
*Dambouder. in pract. crim. cap. 84. n. 15.*

Quartò ad fidejubendum non admittuntur Muti & Surdi. *l. 1. §. pe-14*  
*nult. & ult. ff. de Obl. & Act. Borcholt. in Comment. de V. O. cap. 3. n. 2.*  
Sicut enim Muti verbis respondere ftipulanti nequeunt, ita Surdi verba15.  
interrogantis non exaudiunt. §. *Mutum Inst. de inutil. stip. §. Item Sur-  
dus Inst. quib. non est permis. facer testam.* Quorum utrumq; tamen in  
ftipulatione requiritur. *l. 1. §. ult. ff. de O. & A. & l. 1. pr. ff. de V. O.*  
Muti & Surdi nomine non tamen hic venire putamus Blæfum aut Bal-16.  
bum, vel qui impeditioris aut tardioris linguæ eft, non itidem furda-  
strum; fed qui planè nihil eloqui, nihil audire poffit. De Cæco autem  
eadem, quæ de Muto & Surdo dicenda non putamus: Hic enim fi inge-17.  
nio valeat, & audire ac loqui poffit, à fidejuffione non eft removendus.  
*Hering, d. tract. c. 7. n. 156.*

Coeterum, quæ de Muto & Surdo modò dicta funt, jure Civ. ita pro-



18. cedere, dubium nullum habet; Cum verò jure Canon. & moribus etiam nudo pacto fidejussio fieri possit, etiam Mutus & Surdus modò mentem signis declarare queat, fidejubere poterit. *Struv. Syntagm. jur. civ. Exerc. 47. th. 37. Wesenbec. in §. 6. Inst. de inutil. Stipul.*

19. Lege foedus fidejussionis inire vetantur quaedam personæ, Vel ob Statum, Vel ob Singularem, in qua constitutæ sunt Conditionem, Vel ob Ætatis fragilitatem, Vel ob Sexus imbecillitatem.

Ob Statum fidejubendi facultate destituuntur Servi. *l. Sed & si 20. ff. de fidejuss. l. 8. §. 2. ff. qu. satisdare cogantur.* Quippe qui legitimam personam Standi in judicio non habent. *Wesenb. in paratit. n. 7. Qui sa-*

21. *tisd. cog.* Propterea nec convenire nec conveniri possunt, & consequenter in illis deficit finis fidejussionis, qui est, ut creditor securior reddatur de suo credito. *Hering. d. tract. c. 7. n. 292.*

22. Quod tamen limitatur I. Si servus in rem peculiarem fidejubeat, tunc enim ipse obligatur, & dominum quoq; peculiatus obligat. *l. Servus 19. ff. de fidejuss. Hunnius ad Treutl. Vol. 2. disp. 28. th. 2. qu. II. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. th. 37.*

II. Si in rem domini fidejubeat. *l. quoties 47. §. 1. ff. de pecul. Manzius d. tract. c. 2. n. 46.* III. Si jussu domini fidejusserit. *Hering. d. tract. c. 7. n. 397.* Cum autem hodie ejusmodi quales apud Romanos non amplius extent servi, sed hominum liberorum operâ ad ministerium nostrum utamur, qui certâ mercede conducti operam præstant. *Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 9. th. 20.* Indeq; contrahere & ex contractu conveniri, ac in judicio stare possunt, Idcirco nec à fidejussionis contractu arcentur.

23. Ob singularem Conditionem pro fidejussoribus adhiberi non pos-  
24. sunt I. Milites. *l. de die. 8. §. 1. ff. qui satisd. cogant.* Ne sc. quæsito negotiorum forensium colore à studio militiæ avocentur, neve exactio- nibus, dum militandum est, vexentur. *Harpr. pr. Inst. n. 39. de fidejuss.*

Excipiuntur tamen quidam casus, quibus à fidejussione non arcentur  
25. Miles; Quando nimirum I. in rem suam fidejubet. *l. de die. 8. §. 1. & ibi Ddres ff. qui satisd. cog.* Quemadmodum enim Miles, qui aliàs à Procuratorio munere arcentur *l. Militem. 7. C. de Procur.* Procurator tamen esse potest si in rem suam id muneris suscipiat *l. 8. §. 2. ff. de proc.* Sic quoq; ex eadem causa fidejubere istum posse dubio caret. II. Si pro cau-  
sa com-



sa communi sui numeri für seine Kott und Sptesgesellen fidejubeat, tunc enim in consequentiam in rem suam fidejubere censetur. *l. 1. §. in propria. ff. Quando appellandum sit. Hunn. ad Treutl. Vol. 2. disp. 21. th. 2. quest. 10.*

Illud tamen silentio hic non est prætereundum, quòd si milites, <sup>26</sup> priusquàm nomen suum militiæ professi fuerint, fidejusserint, fidejussio prius legitimè contracta, prætextu militiæ non rescindatur, nec eà milites liberentur. *Hunn. d. l.*

Ob Conditionem II. idoneam fidejussionem præstare nequeunt <sup>27</sup> Clerici. *Nov. 129. c. 6. Perez ad tit. C. de fidejuss. n. 8.* Nisi major pars capituli vel Abbas licentiam faciat. *c. An rescripto. X. de fure jur.* Quid autem de fidejussione Parochorum, qui Augustanæ Confessioni se addictos esse fatentur, dicendum, an & illis veluti Clericis negotio fidejussionis abstinendum, aut, si fidejusserint, an fidejussio eorum vires <sup>28</sup> habeat, quæritur? Et quidem cum secularibus negotiis, quoad honesta commercia, ipsis non sit interdictum, fidejussionem quoq; eorum validam esse cum Anthonio Heringio *d. tract. c. 15. num. 269.* asserimus.

Ob Ætatis fragilitatem fidejussionis nomine obligari non possunt <sup>29</sup> Pupilli & Minores, cum primis si Tutorum & Curatorum autoritas & consensus non accesserit, *per l. 3. C. de in integr. rest. Manzius d. Tr. c. 2. num. 40.*

Denique ob Sexus imbecillitatem fidejussionis munus obire & pro <sup>30</sup> aliis intercedere non possunt Mulieres. *l. de die 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. ff. de fidejuss.* Cujus prohibitionis ratio est tum ipsa naturalis æquitas, <sup>31</sup> propter sexus muliebris, uti dictum, imbecillitatem multis captionum generibus expositam, tum quòd naturali quodam vitio imprudentiores sint viris, præterea etiam quòd virile quoddam officium videatur Fidejubere, à quo foeminae arcentur. *l. foeminae 2. ff. de R. f. Manzius d. tract. de fidejuss. c. 3. n. 2.* quamvis posterior illa ratio displiceat Bachovio *ad Treutl. vol. 1. disp. 28. th. 1. lit. c.* & Benedict. Carpz. *in tract. de Juribus foeminarum specialibus. decad. 4. posit. 1. n. 4. & 5.*

Ad fidejubendum igitur non sunt idoneæ atq; efficaciter pro aliis intercedere nequeunt Foeminae, ob Sc̄tum Vellejanum, M. Syllano & Vellejo Tutore Cosf. factum, quo constitutum, ne foeminae pro aliis reæ fie-



rent sive pro ullo intercederent *l. 1 l. 2. ff. ad Sctum Vellejan. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 2.*

33. Quod adeò verum esse existimamus, ut nec in foro externo, nec conscientiae interno mulieres pro aliis intercedendo obligentur. Cui sententiae adstipulantur *Menoch. de praesumpt. lib. 1. praesumpt 80. Tiracuell. in ll. connub. gl. 4. n. 16. Valent. Francus in tract. de fidejuss. c. 2. n. 155. Manzius d. tract. c. 3. n. 3. Harpr. pr. tit. Inst. de fidejuss. n. 42.*
- 34 Tuta autem est foemina pro alio intercedens exceptione Scti Vellejani, etiamsi pater consenserit. *Zaes. in comment. ad ff. in tit. ad Sctum Vellejan. n. 5. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 4.* Ille enim consensus beneficium Vellejani non adimit. *Prukm. in repetit. l. in multis. ff. de Statu hom. p. 2. artic. 15. n. 3. Manzius. d. l. n. 7.* & quamvis statuto cautum esset, ne quis contra instrumentum publicum excipiens audiatur. *Prukm. d. l. n. 5.* Quin & mulieris heredibus, Procuratoribus, mandatoribus, fidejussoribus Scti Vellejani beneficium competit. *l. mulierem. 14 l. 20. C. ad Sctum Vellejan. l. Si fidejussores [6.] ff. eod. Manz. d. tract. c. 3. n. 11. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 4.* Coeterum licet mulier, ut dictum, fidejussionis contractum inire, & pro alio intercedendo obligari nequeat; sunt tamen quidam casus excepti, quibus Scti Vellejani remedio uti non potest; Nim. I. Ob factum ipsius mulieris, I. Si callide & dolose atq; decipiendi animo intercesserit *l. 4. l. 11. l. 30. ff. ad Sctum Vellejan. Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 21. th. 10. Magnus Dn. Brunn. Praeceptor quondam meus honoratissimus ad l. Si decipiendi. 30. ff. de fidejuss. n. 1.* Infirmitas enim, foeminarum, non calliditas istarum à jure auxilium sumit. *l. 2. §. 3. ff. ad Sctum Vellejan. Carpz. tract. de jur. foem. singulari decad 4. posit. 1. Manz. d. tr. c. 3.*
- 38<sup>n</sup> 26. II. Si pretium pro intercessione acceperit, atq; illud solenni scriptura probetur, tunc enim Vellejano non juvatur *l. 23. C. ad Sctum*
- 39 *Vellejan.* Ratio, quia tunc non ex levitate, sed pro praemio consequendo intercessisse creditur. *Manz. d. tract. c. 3. n. 18. Dn. Brunnem. ad l. Antiquae. 23. C. ad Sctum Vellejan.*
- 40 Quantitas autem pretii, qua mulier Scti Vellej. remedii fit expers, cum certa in jure non sit definita, in judicis arbitrio erit, quanta ea esse
- 41 debeat, moderari. *Prukm. d. l. n. 33. Manz. d. tract. c. 3. n. 19.* III. Si post biennium repetierit intercessionem. *l. Si mulier. 22. C. ad Sctum Velle-*



*Vellejan. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 10.* Et quidem de jure veteri intercessionis geminatio excludebat Sctum Vellejanum sine temporis determinatione: sed de jure Codicis requiritur lapsus biennii *d. l. 22. ne brevi nimis spatio mulieres irretiantur. Dn. Brunnem. ad d. l. 22. C. ad Sctum Vellejan.* Si igitur post biennii effluxum iterum se obstringat mulier, Sctum Vellejanum ipsi non opitulatur, vel quod sibi imputare 42 debet mulier, quod tanto tempore non cogitaverit de commodo suo *Dn. Brunnem. ad d. l. 22.* Vel quod post tanti temporis lapsum eam non levitate quadam, sed judicio animi intercessisse appareat. *Matth. Stephan. ad Nov. 134. n. 5.* modò mulier sit perfectæ ætatis. *Hering. d. cap. 7. n. 448 Dn. Brunnem. ad d. l. 22.* Neq; opus esse isto casu certioratione de benefici- 43 neficio Scti putat *Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumpt. 21.* secutus *Baldum & Salycetum in d. l. Si mulier. 22. C. ad Sctum Vellejan. Dn. Brunnem. ad d. l.* Pro marito tamen nec iteratâ intercessione uxorem ob- 44 ligari dispositum in *Auth. Si qua mulier. C. de fidejuss.* (cujus dispositionem etiam ad illum casum, quando pro mariti fratre, vel filio fidejussit mulier extendunt. *Bald. Salycet. & Berlich. p. 2. Concl. 19. n. 68.*) *Seotan. d. 34. th. 14. Anthou. Faber. defin. 16. 17.* Etiam si in eodem instrumento se cum marito obliget. *Gail lib. 2. Observ. 89 n. 1. & 2. Zanger. de Except. p. 3. c. 11. n. 130.* Facilius enim pro marito suo ut mulier inter- 45 cedat, propter metum & reverentiam induci potest. *Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 11.* Excipitur autem casus, ubi pro marito incarceratione 46 ro incercedit mulier *Tiraqu. de LL. connub. gl. 8. n. 29 Dn. Brunnem. ad d. Auth. Berlich. p. 2. Concl. 19. n. 85.* An aut d. *Authenticæ C. Si 47 qua mulier* renunciari possit, controvertitur; Pleriq; Doctores negativè respondent, *Bald. Caslr. Salyc. in d. Auth. Cothm. Vol. 5. r. 48. n. 3. Rauckbar. 1 quæst. 34. n. 12. Berlich. p. 2. Concl. 19. n. 61. Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 128.* quibus calculum addunt *Dn. Brunem. ad d. Authent. & Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 21. th. 11*

Sed numne uxor juramento, d. *Authenticæ si qua mulier* renunciare, & pro marito se obligare potest? Distingvendum hic putamus 48 inter *Jus Civ. & Canon.* De Jure Civili non posse statuimus. *l. non dubium 5. C. de LL. Rittersh. ad Novell. p. 2. c. 4. n. 20.* Sed bene de Jure Canon. *c. ex rescript. 9. X. de jurejur. c. Cum contingat. 28. eod.* Et hanc distinctionem tradunt, & sequuntur *Bart. in dict. Auth. Si qua muli-*



*mulier ad Sctum Vellejan. Paul. de Castro eod. num. 2. Tessaure. decis. 29. n. 7. Ubi hanc opinionem in practica servari, nullam habere difficultatem, & etiam in terris Imperii allegari testatur. Rauchbar. p. 1. qv. 34. Berlich. p. 2. Concl. 19. n. 63. Modò certior ejus, quod ipsi competit, beneficii sit reddita mulier. Struv. Syntagm. Jur. Civ. d. Exerc. th. 11.*

49 IV. Valida est intercessio mulierum, neq; istæ Scti Vellejani exceptionem opponere possunt; Si renunciaverint beneficio Scti Vellejani, dummodò priùs de isto certioratæ & edoctæ fuerint, quale nimirum sit, qualive privilegio suffultum. *l. fin. §. Si mulier. 4. ibi: Cavere debet, se exceptione non usuram ff. ad Sctum Vellejan. arg. l. 31. ff. eod. l. 21. C. ad Sctum Vellejan. Nov. 118. c. 5. Baldus ad l. 1. C. ad Sctum Vellejan. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fidejuss. n. 31. & 37. Gail. lib. 2. Obs. 77. Francisc. Bursat. Conf. 149. n. 42, lib. 2. Hering. de Fidejuss. c. 7. n. 477. Frantz. in tit. ad Sctum Vellejan. n. 29. Scotan D. 34. th. 11. Peretz in Cod. tit. de fidejuss. n. 21. Fachin. lib. 2, c. 60. Sande l. 3, tit. 11. def. 6. Struv. d. Exerc. Matth. Steph. ad Nov. 134, n. 8. Soarez comm. opin. lit. V. n. 5. Anthon. Gomez lib. 2. var. resol. c. 13, n. 17 Pruckm. d. l. n. 11. ubi ait: hanc esse communem opinionem, singulisq; diebus in praxi observari. Rationes illius sententiæ suppeditat Mantzius d. tractat. c. 3 & Hering. c. 7, n. 466. & sequ. Atq; istam opinionem legibus niti, & firmari non modò si mulier in judicio renunciaret Scto Vellejano, verum etiam si extrajudicialiter illud faciat, asserunt præter Harpr. in Comment. ad tit. Inst. de fidejuss. n. 47. & Manz. in d. Tract. c. 3, n. 52. Struv. d. l. & Dn. Brunnem. ad l. fin. ff. ad Sctum Vellejan. Licet juramentum non adhibitum. Struv. dict. l. Dissentiunt Bartol. Paulus Castrens. Alber. de Rosat. Salycet in l. ult. §. ult ff. ad Sctum Vellejanum Job. Zanger. in Tract. de Except. p. 3 c. 9, n. 47. Covarruv. in cap. quamvis de pactis in 6. p. 2, §. 5, n. 8. Gomez. 2. resol. 13. n. 17. lit. P. Tuschus tom. 5. pract. conclus. lit. M c. 421. n. 4. Francus Tract. de Fidejuss. c. 7. n. 189. Berlich. d. concl. 19. n. 16. Hunnius lib. 3. var. resol. jur. civ. tract. 5. quest. 2 Tessaure. decis. pedem. 222. n. 3. Zas. ad ff. de fidejuss. n. 17. Vinn 1. quest. 48. Cum primis autem renunciatio Senatûs Consulti Vellejani corroborat foeminarum intercessionem, si mediante juramento facta, etiamsi certiores de illo redditæ prius non sint*



sint *Wesembec. Conf. 23. n. 52. Conf. 38. n. 22. & Conf. 52. n. 33 & 34. Fa-*  
*chin. d. l. 2. cap. 60.* Cum juramentum loco certiorationis habeatur 52  
*Harpr. d. l. n. 51. Gail. Obs. 77. n. 10.* ubi tamen n. 11. subjicit; Mulierem  
 enormiter læsam, non obstante juramento, posse renunciatiōi con-  
 travenire, eò, quòd ex enormi læsione dolus præsumatur *l. 17. §. 1. ff.*  
*quæ in fraud. cred. l. 5. in fin. C. de dol. mal.* & juramentum non debeat  
 esse vinculum iniquitatis *c. quanto. 18. de jurejur in 6to.*

Quin & ipsam intercessionem juramento vallatam, licet speciali- 53  
 ter Senatus Consulto non fuerit renunciatum Jure Canon. excludere  
 S<sup>C</sup>ti Vellejani beneficium cum Scotano *d. D. th. 12.* asserit *Struv. d. Ex-*  
*erc. Manzius d. tract. c. 3. n. 23.* Quod tamen non ita simpliciter ve-  
 rum existimamus ob rationes infra *cap. 6. n. 4.* adductas.

Porro Ildò Mulieres, non obstante S<sup>C</sup>to Vellejano intercedendo 54  
 obligari possunt ob singularem Conditionem I. Rerum, quarum ratio-  
 ne intercedunt, ut si intercessio fiat pro dote, *l. Si dotare. 12. Cod. ad*  
*S<sup>C</sup>tum Vellejanum. l. fin. C. eod.* Idq; favor dotis operatur. *Dn. Brun-*  
*nem. ad l. fin. C. ad S<sup>C</sup>tum Vellejan.* Atq; illud verum, sive de dote 55  
 danda, sive de ea restituenda fidejubeat mulier *Pruckm. d. l. n. 30.* Li- 56  
 cet solennitates Legis Antiquæ 23. C. ad S<sup>C</sup>tum Vellejanum non inter-  
 venerint. *Trentacin. de fidejuss. Resol. 2 n. 4* Pro marito tamen  
 suo dotem promittente fidejubere non posse testatur *Hering. d. Tra-*  
*ctat. c. 7. n. 453.* Cum autem non minor studiorum & alimentorum, 57  
 quàm ipsius dotis sit favor, idcirco & ratione istorum interpositam à 58  
 muliere fidejussionem subsistere, non est, quod dubitemus. *Mantzius*  
*d. tract. c. 3. n. 22. Dn. Brunnem. ad l. Si mulier 16. ff. ad S<sup>C</sup>tum Vellejan.*  
 Sed & pro Servo ad consequendam libertatem intercedens Vellejano 59  
 tuta non est. *l. Veterum 24. C. ad S<sup>C</sup>tum Vellejan.* Cujus ratio ex fa-  
 vore libertatis, quippe quæ in *l. 106. ff. de R. J.* inæstimabilis res voca-  
 tur, desumenda.

II. Personæ intercedentis fœminæ peculiaris qualitas S<sup>C</sup>tum Vel- 16  
 lejanum excludit; ut si communem cum marito negotiationem exer-  
 ceat. *Gail. lib. 2. obs. 90. n. 5. Rittersh. p. 2. ad Nov. c. 4. n. 23. Mevius*  
*ad jus Lubec. 1. tit. 10. art. 1. n. 74. Struv. Synt. jur. Civ. d. Exerc. th. 12.*  
*Dn. Brunnem. ad l. 17. ff. ad Senatus Conf. Vellejan. n. 7.* Ubi distin-  
 guendum putat, an uxor veram societatem contraxerit, & suam pecuni-



am in mercantiam contulerit, an verò maritus ejus operis sibi debitis usus fuerit; ut priori casu teneatur, sed posteriori non obligetur. In illustribus quoq; mulieribus, quæ ipsæ regnis & territoriis præsent, & Majestatem vel regalia habent, cessare Scti Vellejani beneficium refert. *Tabor not. ad Colleg. Argentor. tit. de fidejuss. th. 5. & Anthon. Hering. d. tract. c. 7. n. 817.* Cum enim istiusmodi mulieres virilia & ardua negotia rectè sustinere, & in specie pro tribunali sedere, & jus dicere possint, & in tales Heroinas non facilè aliqua imprudentia, aut imbecillitas consilii cadat, non ambigendum, quin, si fidem suam interposuerint, non aliter ac viri ex sua fidejussione teneantur, uti eleganter docet *Hering. d. l. n. 519.*

63. Deniq; singularis personæ, pro qua interceditur. *Conditio*, efficacem foeminæ fidejussorem facit; Si nimirum apud Minorem creditorem pro ejus debitore, qui non est solvendo, intercesit: tunc enim major est favor minoris. *l. Si apud. 12. ff. de Minor. Prukm. d. l. n. 26. Struv. d. Exerc. th. 12. Dn. Brunnem. ad d. l. 12. ff. de Minor.* Atq; illa de personis ad fidejubendum aptis, ut & in idoneis impræsentiarum dixisse sufficiat. Jam porro considerandum; Quibus causis & obligationibus fidejussores accedere possint.

### CAPUT III.

## QVIBUSNAM CAUSIS ET OBLIGATIONIBUS FIDEJUSSORES ACCEDERE POSSINT.

#### SUMMARIA,

**F**idejussores omnis generis obligationibus accedere possunt. 1. Ratio 2. Adhiberi potest fidejussor obligationi sive illa in dando sive in faciendo consistat. Sive oriatur ex contractu verbali, s. reali, s. literali, sive consensuali. Sive obligatio, ex ultima voluntate, sive ex contractu, l. 95 descendat. Sive sit pura s. conditionalis obligatio 3. Tam Accessoria quam principali obligationi fidejussoris accedere potest, nec minus futuræ quam præsentis 4. Non tantum civili verum & Naturali obligationi accedere possunt fidejussores. 5. Pro



Pro Servo apud Dominum vel alium quendam extraneum fidejussor rectè intercedere potest 5. Non obst. §. 5. Inst. de fidejuss. & l. Græce 8. §. 7. de fidejuss. 7. An Obligationi cui præscriptum, rectè accedat fidejussor 8. Obligationi quoq; ex delicto accedere potest fidejussor 9. Ratio 10. Distingv. tamen an civiliter agatur, an criminaliter, & tum iterum distingvendum inter delicta, quæ habent pœnam pecuniarum, & quæ pœnam corporis afflictivam 11. Utrum ad carceres pro debitore principali, quispiam fidejubende sese adstringere possit? 12. Non potest intervenire fidejussor pro inutili obligatione nec pro re turpi & inhonesta 13. Pro dote conservanda fideiussor non admittitur 14. Ratio 15. An valida sit intercessio pro dote conservanda à marito sponte præstita? 16. Maritus exigere potest pro dote promissa solvenda fidejussores. 17.

**P**erlustratis personis ad fidejubendum idoneis, nec non intercedere prohibitis, consequens erit, ut Materiam & Objectum Fidejussionis consideremus, & Quibusnam causis ac obligationibus fidejussores accedere possint, & quibus non videamus.

Et quidem omnis generis obligationibus fidejussores accedere posse, dubio carere existimamus; cum illud satis clare constet ex §. 1. Inst. de fidejuss. junctâ l. 1. eodem. Sneiderov. ad §. 1. Inst. de fidejuss. n. 2. Cujus rei ratio non potest esse obscura; Fidejussio enim constituitur per stipulationem, quæ omnibus obligationibus accedere potest *Manzius tract. de fidejuss. c. 4. n. 1.* Præsupponit igitur Fidejussio veram aliquam obligationem. *Rittersh. ad §. 1. Inst. de fideiuss.* Nam Fidejussio est quædam accessio, §. fideiussores 5. Inst. de fidejuss. d. l. 1. & l. 5. ff. de fidejuss. Accessio autem requirit principale cui innitatur. l. 178. ff. de R. J. Harpr in Comment. ad tit. Inst. de fideiuss §. 1 n. 3.

Adhiberi autem potest Fidejussor obligationi, sive illa in dando consistat, sive in faciendo *Schrader. in tract. de Contract. ad tit. de fidejuss n. 14.* Sive oriatur ex contractu verbali, seu reali, sive literali, sive consensuali §. 1. Inst. de fideiuss. *Rittersh. ad d. § 1.* Sive obligatio ex ultima voluntate, sive ex contractu vel quasi descendat. *Ludolph. Schrader. d. l. n. 15.* Sive sit pura, sive Conditionalis, aut in diem l. Si à reo 70 ff. de fideiuss. l. 6. §. 1. ff. eod. *Schrader d. l.*



- 4 Porro tam accessoria, quam principali obligationi Fidejussor rectè accedere potest *l. Si plures. 27 §. fin ff. de fidejuss. l. Græcè 8. ff. eod. Schneidv. ad §. 1 Inst. de fidejuss. n. 6.* Nec minus futuræ quam præsentis obligationi adhiberi potest fidejussor: Siquidem præcedere obligationem potest, & sequi *§. fidejussor. 3. Inst. de fidejuss. l. potest. 4. in pr ff. eod.*
- 5 Præterea non tantum Civili, sed & Naturali accedere possunt Fidejussores obligationi *d. §. 1. Inst. de Fidejuss. l. Stipulatus 6 §. ult. l. Fidejussor. 16. §. 3. l. Marcellus 25 ff. eodem.* Dummodo talis sit, ut impediat soluti repetitionem. *l. 11. ff. de Fidejuss. l. Fidejussor. 16 §. 4. eod.*
- 6 Mantius *d. tract. c. 4. n. 12.* Hinc pro servo apud Dominum vel alium quendam extraneum fidejussor rectè intercedere potest. *d. §. 1. Inst. de fidejuss.* Cui non resistit, quod fidejussor in plus & durius obligari nequeat, quam principalis, *sec. §. 5. Inst. de fidejuss. & l. Græcè 8. §. 7. ff. de fidejuss.* Servus autem cum aliquo contrahens naturaliter tantum obligetur: Fidejussor autem pro servo naturaliter tantum obligato civiliter quoque; *l. 35. ff. de fidejuss.* Illud, inquam, non resistit; Et enim tali casu in plus non obligatur fidejussor sed efficacius, tenaciori obligationis vinculo. Et sibi imputet fidejussor damnum, quod ex istiusmodi obligatione sentit, cum à fidejussione abstinere potuerit. *arg. c. Damnum de R. 7. in 6. Gomes. var. resol. jur. tom. 2. c. 18. n. 4.*
- 8 An autem obligationi, cui præscriptum, rectè accedat fidejussor, sic, ut ex istiusmodi fidejussione obligetur, dubitatur; Vulgò id affirmatur. *Balb. tr. de præscript. p. 3. pr. quest. 10.* Nos distingvendum putamus: Aut sciens aut ignorans sive ex errore ejusmodi obligationi accedit fidejussor; priori casu istum obligatum, sed secus posteriori existimamus. *l. 37. ff. de fidejuss. l. 29. ff. Mandat. Treutl. select. Disp. vol. 2. Disp. 28. th. 3. lit. h. Scotan. exam. jurid. ad tit. ff. de Fidej.*
- 9 Quin & obligationi ex delicto accedere posse fidejussorem, manifestum est ex *l. 8. §. 5. ff. de fidejuss. & l. 56. §. 3. eod.* Utcunque enim ipsorum maleficiorum per se nulla est fidejussio. *l. Si à reo 70. §. ult ff. de fidejuss.*
- 10 Pro actione tamen ex maleficio proveniente, quâ pœnam prosequimur, fidejussorem accipere licet; non enim talis fidejussio impedit, sed promovet delicti pœnæque executionem. *Hering. d. tract. c. 10. n. 340.*
- 11 Omnino tamen distingvendum putamus, an civiliter agatur, & tum



& tum fidejussor rectè intervenit. *Bachov ad Treutl tb 3 lit. A. Struv.* *Synt. jur. civ. Exerc. 47 tb 39.* An verò criminaliter, & tum iterum distinguendum, inter delicta quæ habent pœnam corporis afflictivam, sive capitalem, sive aliam. Quod concernit istiusmodi delicta, propter quæ pœna tantùm pecuniaria irrogari solet, de illis dubium non est, quin reus ob ista in carcere detentus, datis fidejussoribus custodiâ & carcere sit relaxandus; quantumvis in flagranti crimine deprehensus, aut etiam delictum judicialiter confessus fuerit *l. 1 ff. de Custod. & exhib. reorum. l. Si à reo. 70 §. ult. ff. de fidej.* *Harpr in Comm. ad tit. Inst. de fidej. §. 1 n. 19. Sneider. ad §. 1. Inst. de fidejuss. n. 8.* Ratio secundum *Harpr d. l. n. 20.* Quia per datum fidejussorem accusator vel fiscus certior fit, de solutione pœnæ istius pecuniariæ, & nec iudicium eluditur, nec impeditur executio.

Quod si autem corporalis pœna infligenda reo, pro istiusmodi non admittendum esse fidejussorem pleriq; *Dd. statuunt. Bald. in l. 2. C. de exhib. & transmit. reis. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 9. n. 8. Covarr. lib. 2. var. resol. c. 8. n. 8. Clarus lib. 5. sent. §. fin. quæst. 46. n. 7. Valent. Franc. in tract. de fidejuss. c. 3. n. 201. Fichard. Conf. 66. n. 5. p. 1. Suarez. in thesaur. recept. sentent. lit. E. n. 144. Hering d. tract. c. 10. n. 408. Manzius d. l. n. 28.* A quibus tamen dissentiunt. *Menoch. lib. 2. de arb. jud. cas. 303. n. 16. & 17. Wesenbec. in parat. ff. de Fidejuss. n. 4. Hunnius lib. 3. tract. 5. qu. 5.* Qui putant fidejussorem etiam in capitalibus criminibus admittendum, sic tamen ut arbitrio & discretioni iudicis relinquatur, dijudicare, consideratis diligenter delicti circumstantiis, & personæ conditione ac qualitate, quando fidejussor admitti possit. Nos cum *Dn. Struvio in Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47 tb. 39.* distinguimus inter delicta pœnam corporalem complectentia Notoria, ac Manifesta, atq; in istis non facilè locum esse fidejussioni statuimus. Et quodammodò incerta, saltem quoad qualitatem; & tum interesse existimamus, an reus sit fugitivus, & prehendi nequeat & admittuntur fidejussores *l. 3. l. 4. de Constod. reor.* An vero sit jam incarceratus, vel possit incarcerari; & tunc non nisi in delictis levioribus fidejussoribus committendum opinamur. Et hæc quidem ita se habent de jure civili: De jure vero Saxon. distingvitur, An reus in flagranti crimine, aut



in fuga delicti deprehendatur, an vero non; Priori casu simpliciter in-  
 carceratur, nec sub fidejussoribus relaxatur, per text. *LandtRecht. lib. 2.*  
*art. 9. sub fin.* Posteriori verò casu, quando sc. reus in flagranti cri-  
 mine auff Handgreifflicher That aut in fuga delicti non deprehenda-  
 tur, sed ejus accusatio usq; ad sequentem diem differatur, also das die  
 Klage übernächtig worden / judex tenetur captivum relaxare sub fide-  
 jussoribus per text *LandtRecht lib. 2. Art 9.* Illud controversum, u-  
 trum ad carceres pro debitore principali quispiam fidejubendo sese ad-  
 stringere possit, adeò, ut si non solvat principalis, fidejussor tum in car-  
 cerem detrudatur? Affirmantium sententiæ subscribere non dubitamus.  
 arg. c. ex rescripto. 9 X. de jurejur. l. 3 §. 5. ff. de lib. hom. c. scient aut.  
 de R. J. Coler. Process Execut p. 1 c. 6. n. 52 & sequ. Mynsing. Cent. 5.  
 obs. 81. Francus. d. tract. c. 3. n. 205. Harpr. in Comment. ad tit. Inst de  
 Fidejuss. § 1. n. 29. 30 & seqq.

Consideratis breviter causis atq; obligationibus, quibus accedere  
 possunt fidejussores, antequam de Forma fidejussionis agamus, paucis vi-  
 deamus exceptiones quasdam, & casus, quibus fidejussor adhiberi non  
 potest. Quamvis enim, uti superius dictum, omnis generis obligatio-  
 ni accedere possit, illud tamèn in quibusdam causis non procedit.

- 13 Namq; primò non potest intervenire fidejussor pro inutili obli-  
 gatione, quâ debitor ipse non tenetur l. 16. ff. de fidejuss. Nec 2 pro  
 re turpi & inhonesta l. Si a reo. 70 ff. de fidejuss. l. 6 ff. Mandati. Sed  
 14 nec 3. pro dote conservanda fidejussor admittitur, tot tit. C. ne fidejuss.  
 dotium dentur: Ne sc. causa perfidiæ in matrimonio generetur l. 2.  
 15 C. d. t. Schneidw. ad §. 1. Inst de Fidejuss. n. 11. Si enim puella credit  
 corpus suum marito absq; fidejussore, multò magis dotem absq; illo  
 ei credere debet d. l. 2. Idem esse in restituenda dote statuunt Schneidw.  
 d. l. Hering. d. tr. c. 6. n. 153 Wisfenb. th. 7. Ludolph Schrader in d. tra-  
 ctat. de Contract n. 18. Dn. Brunnem. ad l. 1. & 2. C. d. t. Struv. d. Ex-  
 16 erc. 47. th. 391 Nec validam esse fidejussionem pro dote conservan-  
 da, vel restituenda à marito sponte præstitam, asserunt Fachin. lib. 8.  
 cap. 78 Bachov. in Treutl. Vol 2. disputat. 7 thes. 4. lit. G. Hering.  
 d. tr. c. 6. n. 156. Perez. ad. d. tit. C. Ne fidejuss. dotium dentur quos re-  
 fert, & sequitur Dn. Brunnem. ad d. l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dotium den-  
 rur. Rationes vid ap Hering. d. l. n. 158. Dissent. Bronchorst. centur 2.  
 assert.



*affere. 23. Franc. Duar in tit ff. Sol m. trim. c. 4. Maritum autem exigere fidejussores pro dote promissa solvenda posse, dubio non indiget. Dn. Brunnem. add. l. 1. & 2. C. d. t.*

## CAPUT IV.

De

## FORMA FIDEJUSSIONIS,

## SUMMARIA.

**A**D Formam Fidejussionis requiritur, ut solennis stipulatio interposita 1. Ratio 2. Jure Civ. Fidejussio nec pacto nudo, nec inter absentes, nec in scriptis per epistolam expediri potest 3. Ratio 4. Si in instrumento quodam s. publico si ve privato aliquem Fidejussisse reperiatur, solenniter & mediante stipulatione illud factum praesumitur 5. Ratio 6. Hodie per epistolam inter absentes celebrata Fidejussio valet 7. II. Forma fidejussionis in illo consistit, ut Fidejussor se non in durio rem causam obliget, quam principalis. 8. Ratio 9. An, si Fidejussor in durio rem causam adhibitus, in id saltem, quod debet principali, teneatur, an vero in totum corruat Fidejussio? 10. Resolut. l. Græc 8. § 7 ff. de Fidejussio 11. Fidejussor, si obligationi juramentum addiderit, etiam in plus quam debitor principalis, se obligare potest 12. Firmiter & efficacius Fidejussor obligari potest 13. Ratio 14. An licita sit Fidejussio sub obstagio 15. In levio rem causam Fidejussores obligari possunt 16. Anne Commendatio pro Fidejussione habeatur. 17.

**F**ormam fidejussionis quod spectat, ad istam potissimum & principaliter, duo requiri, manifestum est; I Ut solennis stipulatio interponatur. l. Græcè, 8 ff. de Fidejuss. l. 2. l. 3. l. 6. & 12. C. eod. 4. fm Inst. eod. Schneid. v. ad pr. tit. Inst. de Fidejuss. n. 1. Harpr. ad pr. tit. Inst. de Fidejuss. n. 1. Fidejussio enim stipulationum solenni cautela vallari debet. Hering. d. tr. c. II n. 2. Et eo ipso differt Fidejussor à Constitutore, quòd ille per stipulationem obligetur, Constitutor autem



- 3 autem nudo pacto obstringatur, uti superius cap. I. dictum. Exinde indubitato sequitur, quod Jure Civ. fidejussio nec pacto nudo, nec inter absentes, nec in scriptis per epistolam contrahi & expediri possit. *Schrader. d. tract. tit. de Fidejuss. n. 8. Baldus in l. 1. pr. ff. de U. O. Hering. d. Fidejuss. c. II. n. 4. II. & 102.* Fidejussio enim est species stipulationis, quæ verborum solennitatem, & partium præsentiam desiderat.
- 5 Sciendum autem, si in instrumento quodam sive publico sive privato aliquem fidejussisse reperiatur, solenniter mediante stipulatione id factum præsumi per text. express. in §. fin. *Inst. de Fidejuss. Schrader. d. l. num. 9. Sneidv. ad d. §. fin. Inst. de Fidejuss.* Ratio, quia solennitas intrinseca, qualis est stipulatio in fidejussione, præsumitur, cum ex ipsa natura actus sumatur. *Harpr. ad §. ult. Inst. de Fidejuss.* Idq; adeo verum esse, ut si quis velit testes producere contra istam scripturam, illi non admittantur, statuunt *Mascard. de probat. vol. 2. Contr. 81. n. 5. Anton. Peretz. in Cod. d. t. de Fidejuss. n. 3.* Excepto casu, quando idoneis testibus quis probare velit, se tempore contractæ stipulationis civitate abfuisse

7 Coeterum quamvis præcipua Fidejussionis Forma in Stipulatione consistat, & idcirco utriusq; contrahentium præsentia in illa requiratur; attamen cum nudo quoq; pacto, uti supra demonstratum, moribus fieri possit, hodie communi Germaniæ Practica & Stylo receptum, ut & per epistolam interabsentes celebrata rectè valeat. *Harpr. ad §. fin. Inst. de Fidejuss. n. 3. Hering d. tract. c. II. n. 82. Manz. d. l. c. 5. n. 36 Struv. Syntagm. jus Civ. Exerc. 47. th. 37. Carpz. p. 2. Const. 19. defin. 17. Dn. Brunnem. Exerc. 19. ad §. pen. Inst. de Fidejuss.*

- 8 II. Forma fidejussionis præcipuè in illo consistit, ut Fidejussor se non in duriores causas obliget, quàm principalis. *l. Græcè 8. §. 7. ff. de Fidejuss. l. 34. ff. eod. §. 5. Inst. de Fidejuss. Dn. Brunnem. ad d. l. Græcè Schneidv. ad d. §. 5. Inst. de Fidejuss. Rittersh. ad d. §. 5.* Ejusq;
- 9 ratio est perspicua, tum quia Fidejussoria Obligatio est accessio quædam principalis obligationis; Accessio autem naturam principalis sequitur, non excedit; cum absurdum sit, plus esse in accessione, quàm in re principali *arg. l. cum principalis. 518. ff. de R. 7.* tum, quia iniquissimum est, Fidejussoris, qui nullo jure cogente, officio humanitatis, & amore proximi adductus, fidem suam interponit, graviores esse conditionem,



nem, quàm ipsius principalis. *Harpr. ad §. 5. Inst. de Fidejuss. Valent. Franc in d. tract. c. 4 n. 87.* In plus autem se obligare fidejussor dicitur Vel Re, Vel tempore, Vel loco, Vel Causà *d. §. 5. Inst. de Fidejuss.*

Verùm hoc loco distorta, & maximo involuta labyrintho sese nobis offert quæstio: An sc. Si fidejussor in duriolem causam adhibitus sit, in id saltem, quod principalis debet, teneatur, an verò in totum corruat fidejussio? Quamvis autem non pauci sint, quibus posterius placeat, diversis juris textibus moti; in quorum numero nomen suum profitentur *Fachin. 8. Contr. 51. Hyppol. de Marsil. in rubr. de Fidejuss. n. 291. Francus d. tract. c. 4. n. 92. Vultei in Comment. Inst. ad tit. de Fidejuss. in fin. Bachov in Treutl. Vol. 2. disp. 28. th. 4. lit. B.* Nobis tamen prius probabilius & benignius videtur: Siquidem regulariter in majori summa inest minor, sicuti in viginti insunt quinque, decem, & quindecim *l. 1. §. Si stipulanti 4. ff. de V. O. l. Si unus 27. §. si cum decem. 5. ff. de pact.* Atque; utile per inutile non vitiatur; quando utile ab inutili distingvi potest. *l. 29 l. 20. l. 19 ff. de usur. c. utile. 37 de Reg. Jur. in 6.* Atque; istam sententiam amplectuntur *Wesenbec ad §. prætereà. Inst. de inut. stipul. Alciat. 5. parerg. 17. Vasqu. 1. illustr. controrv. 40. n. 5. Hier. Treutl. select. disp. vol. 2. disp. 28. th. 4. lit. B. Mynsing. & Borcholt. in §. Fidejussores. Inst. de Fidejuss. Giphan. Antinom. Jur. Civil. Disp. 27. th. 22. Gomez. 2. resol. 73. n. 2. Harpr. ad §. 5. Inst. de Fidejuss. n. 14. Struv. d. Exerc. th. 40. Dn. Brunnem. Exerc. 19. ad tit. Inst. de Fidejuss. §. 5. & ad l. Græcè. 8. ff. de Fidejuss.* Quam decisionem non infringit *d. l. Græcè 8. §. 7. ff. de Fidejuss.* ubi dicitur, quòd illi, qui pro aliis obligantur, si fuerint in duriolem causam adhibiti, omninò non obligentur; Siquidem in ista lege, vel verba: Omnino non, pro non omninò (uti etiam Holoander legit) posita; Vel per voc. Omnino intelligitur, in solidum, perinde ac si Ulpianus, eos in solidum non obligari, dixisset. Siquidem in aliis quoque locis Verba *Omnino vel omnimodo* idem denotant, quod *in solidum s. in totum ut in l. 11. in fin. ff. de Legat. 1. l. 59. ff. de Legat. 2. l. 3. ff. qui satisd. cog. l. 10. ff. quibus modis pign. l. hypotheca solv. Harpr. in Comment. ad tit. Inst. de Fidejuss. §. 5. n. 22.*

Cæterum, quod modò dictum, fidejussorem in duriolem causam obligari non posse, limitandum; Nisi fidejussor, qui in plus se ob-

D

liga-



ligavit, juramentum obligationi addiderit, atq; fidem suam jurejurando interposito confirmaverit. *Schraeder. d. tr. loc. cit. n. 19. Manzius d. l. n. 46. Hyppol. de Marsil. in tract. de fidejuss. num. 291. Tuscb. vol. 3. concl. 293. n. 7. Faber. ad Cod. de Fidejuss. defin. 14.* Quod memoria mandandum esse, cum sit frequentissimum in Practica, monet *Everhard. in Top. loco à vi juramenti n. 23.* Firmius tamen & efficacius ad eandem rem fidejussor obligari potest: quia Accessorium (quippe firmandi gratiâ adhibitum) potentius firmare potest principale debilius; Ita 1. Fidejussor civiliter potest obligari, licet reus solum naturaliter obligatus *l. 7. l. 25. ff. de fidejuss.* item 2. Fidejussor sub poena aut juramento potest obligari, licet reus simpliciter promiserit. *Struv. d. Exerc. tb. 41.* Quæritur igitur, an licita sit fidejussio sub obstagio, quâ sc. fidejussores promittunt, se debitore non solvente, ad certum locum venturos, neq; discessuros, donec creditori satisfactum? Et quidem poenam illam obstagii jure licitam, atq; consuetudine Germaniæ antehac receptam fuisse ex *Colero process. execut. p. 1. c. 6. n. 68.* refert *Treutl. d. Diss. tb. 4. lit. F.* verum eandem novissimâ Constit. Imperii propter abusum esse abolitam constat. vid. *Polizen. Orden zu Frankfurt de Anno 1577. Tit. 17. §. 10. Treutl. loc. cit.* Si tamen jurejurando firmatum fuerit obstagium, servari jure Canon præcipitur *c. 9. de Jurejur. Struv. d. Exerc. tb. 41. in fin.* Quamvis autem, uti dictum, in duriolem causam fidejussores obligari nequeant, in leviolem tn. rectè obligari posse, nulla prohibet juris ratio. *d. l. Grace §. ff. de fidej.* Tandem & circa Formam fidejussionis considerandum occurrit, An Commendatio pro fidejussione habeatur? Quod rectè negandum existimamus, & ex sola & nuda commendatione fidejussionem non induci, nec commendantem instar fidejussoris conveniri posse, arbitramur. *Hunnius ad Treutl. d. Diss. quest. 25.* Actus enim agentium non solent quicquam operari ultra eorum intentionem; Atque commendantes non hoc agunt, ut fidem suam pro aliquo interponant, *E. Manzius d. tract. c. 5. n. 34.* Cœterum conclusio illa, quòd Commendatio pro fidejussione non habeatur, limitatur x. ut non procedat, si probatum fuerit, commendantem exactè cognitam & perspectam habuisse conditionem ejus, quem commendavit, ac dolose suâ commendatione alterum dolo malo ad contrahendum induxisse. *l. 8. ff. de dolo malo.*



Idò limitatur, ut non procedat, cum quis sui lucri causâ alium falso commendavit. *d. l. 8. Hunn. loc. cit. Manzius d. tr. c. 5. n. 36.*

## CAPVT V.

DE

EFFECTIBUS FIDEJUSSSIONIS ET  
ACTIONIBUS OCCASIONE FIDEJUS-  
SSIONIS COMPETENTIBUS.

## SUMMARIA.

**E**X contractu oritur obligatio, ex obligatione actio 1. Effectus Fidejussionis potissimum consistit in Obligatione & Actione 2. Ad quid obligetur Fidejussor 3. Utrum Fidejussor ad id, quod ex rei principalis mora ad obligationem principalem accedit, præstandam sit obstrictus 4. Quid statuendum si solus Fidejussor non etiam principalis moram committat 5. Si fortè inter creditorem & Fideiussorem controvertatur, utrum interpellatio præcesserit, nec ne, tum ejus rei probatio Fidejussori incumbit 6. Ratio 7. An singuli Fidejussores, si plures sint, in solidum conveniri possint 8. An, si plures sint confidejussores, liberum sit creditori, à quo velit petere? 9. Per epistolam Divi Hadriani pluribus fidejussoribus concessum beneficium divisionis 10. Fidejussor non solum ipse obligatur, sed etiam heredem obligatum relinquit 11. Obligatio mater & causa actionis est 12. Actiones ex obligationibus fidejussoriis orientes considerari possunt, vel quatenus Creditori adversus fidejussoris vel quatenus fidejussori adversus debitorem principalem competunt 13. Creditori adversus fidejussorem, si stipulatio, quæ intercescit, certa sit, Condictio certi, sin vero incerta sit stipulatio, nec certum petatur Actio ex stipulatu competit 14. Interdum & contra fidejussorem Actio de dolo competit 15. Nemini officium suum damnosum esse debet 16. Fura fidejussoribus per varias actiones atque remedia consuluerunt 17. Fidejussori adversus debitorem, pro quo fidejusfit, competit Actio Mandati contraria 18. Quidnam fi-

D 2

de-



de jussor Actione Mandati contraria consequatur 19. Fidejussor Actione Mandati uti nequit. Imò si pro invito fidejusserit II. Si donandi animo intercesserit III. Si mandatum, cuius contemplatione intercessit, nullum sit. IV. Si inutiliter solverit. V. Si ante diem & per errorem creditori solverit VI. Si falso creditoris procuratori solverit. Deniq; si sciens vel per ignorantiam juris exceptionem aliquam peremptoriam jam tum competentem opponere neglexerit, quòd & ipse principalis debitor se honestè tueri poterat. 20. II. Competit fidejussori adversus debitorem ejusq; heredem, Actio Negotiorum gestorum contraria 21. Quando Actio Negotiorum gestorum contraria non datur fidejussori? 22. Actione Mandati & Negotiorum gestorum tum demum competit fidejussori, si pro debitore principali solverit 23. Quibus casibus ante solutionem agere possit fidejussor contra debitorem principalem, ad id, ut liberetur à Fidejussio? 24.

- C**onsideratis personis ad fidejubendum aptis, ut & idoneis; Causis it. & Obligationibus, quibus accedere queant fidejussores, perlustratis; nec non Formâ Fidejussionis inspectâ, Consequens erit, ut & illius Effectum paucis perpendamus. Et cum ex Contractu oriatur obligatio. §. 2. *Inst. de Oblig. Schmid. d. tractat. in d. §. 2.* Ex obligatione autem actio arg. *pr. Inst. de Mandat.* facile colligere licet, quisnam sit Effectus Fidejussionis.
- 1 Effectus itaq; Fidejussionis potissimum consistit in Obligatione & Actione. Obligationem quod concernit, illa in eo consistit, quòd fidejussor suo nomine, & ex sua promissione obligetur. *l. 4. §. 1. ff. de fidejuss.* Et quidem per æquè atq; ipse principalis, pro quo fidejussit.
  - 2 *l. Si literas 7. C. Mandati. Wesenbec. in paratit. ad ff. de fidejuss. n. 6.* Ad id autem obligari dicitur fidejussor, quod ab initio contractus, cui tanquam fidejussor accessit, conventum sive sors sit, sive usura arg. *l. initio. 5. C. de pactis inter emptor l. 10. C. de fidejuss. Wesenbec. loc. cit.*
  - 3 *Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 47. th. 42.* Hic jam oritur quaestio satis controversa; Utrum fidejussor ad id, quod ex rei principalis mora ad obligationem principalem accedit, præstandum sit obstrictus? De qua quaestione vehementer & variè inter se digladiantur Doctores;
- Duar.



*Duar. Hippol. de Marsil &c.* Nos negantium sententiis adstipulari non erubescimus, & fidejussorem post terminum decursæ primæ obligationis in plus quam se initio obligavit, minime teneri statuimus. *l. cum quis. 22. ff. de O. & A. l. 99. ff. de V. O. l. fin. in fin. ff. de Condi&ct. & ritic. l. fin. ff. de fidejuss.* *Wesenb. in paratit. de fidej. n. 6. Andr. Kobl. Exerc. 10. n. 21. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 47. 1b. 42.* Fidejussio enim est stricti juris *Decius cons. 107. n. 2.* Et mora moroso non alii nocival. *173. §. 2. ff. de R. J. Ad quid statuendum si solus fidejussor, non etiam principalis moram committat? Illam fidejussori ipsi nocere liquidissime apparet ex l. 49. pr. l. 127. in fin. ff. de V. O. Kobl. Exerc. legal. 10. n. 21.* Cujus quidem rei perspicua est ratio jam adducta; Quod nimirum Moratori mora sua non autem alteri oblit. *d. l. 173. §. 2. ff. de R. J. Harpr. ad §. 5. Inst. de fidejuss. n. 60.* Ad moram autem causandam sufficere unicam interpellationem statuit *Menoch. de arb. jud. quest. 4. c. 220. n. 20.* Illaq; interpellatio etiam tunc fieri solet, quando dies obligationi est adjecta, illa enim pro homine interpellat. *l. Ad diem. 77. ff. de V. O. Hering. d. Tract. cap. 24. num. 143. 144.*

Quòd si fortè tamen inter creditorem & fidejussorem controversatur, utrum interpellatio præcesserit, nec ne, tum ejus rei probatio si de jussori incumbit; præsumptio enim militat pro creditore interpellationem præcessisse, *Hering. d. tract. c. 24. n. 151.* Atq; illam opinionem esse magis receptam, *Mascard. docet in tract. d. probat. Concl. 935. n. 3.*

Porro ad Obligationem fidejussorum etiam pertinet; quòd singuli fidejussores, si plures sint, in solidum conveniri possint. *l. liberum. 16. C. de Fidejuss. l. reos. 23. Cod. eod. Harpr. ad §. 4. Inst. de fidejuss.* Sive expressum illud sit, sive non. *l. non rectè. 3. C. de fidejuss. Myns. ad §. Si plures. 4. Inst. h. t.*

Coeterum si plures sint confidejussores, liberum est creditori, à quo velit petere. *§. Si plures. 4. inst. h. t. Schneidvv. ib. n. 18.* Etenim electio ad illum spectare dicitur, in cujus favorem & gratiam actus geritur, *Wesenbec. in parat. de lege Commissoria.* Cùm ergo in gratiam creditoris sint adjecti plures fidejussores, ipse electionem habet, unum ante alium conveniendi, & quidem in solidum.

Sed ita demum singuli fidejussores in solidum obligari dicuntur, Si pro uno debitore fidem suam interposuerint, Secus si pro pluribus. *l. Si à*



*Titio. 43. ff. de fidejuss. Schneidvv. §. Si plures n. 19. Inst. de fidejuss.*  
 Diversarum enim stipulationum fidejussores non sunt confidejssores.

- 10 Sciendum autem, quod per epistolam D. Hadriani pluribus fidejssori-  
 bus concessum sit beneficium divisionis, quo unus fidejssor in solidum  
 conventus petere potest, ut dividatur obligatio, & non nisi pro virili par-  
 te quisq; conveniatur. §. 4. *Inst. de fidejuss.* De quo ipso divisionis be-  
 neficio infra pluribus agetur.

11. Postremo & ista ex Fidejssionis Effectu oritur Obligatio; Quod fi-  
 dejssor non solum ipse obligetur, sed etiam heredem obligatum relin-  
 quat. *l. potest. 4. §. 1. ff. de Fidejuss. §. fidejssor. 2. Inst. eod. l. 8. C. man-  
 dat. Berlich. concl. 26. p. 2. n. 1. Francus. d. tract. c. 5. n. 36. Coler. de  
 process. execut. p. 1. c. 10. n. 272. & decis. 30. n. 1. & sequ. Modest.  
 Pist. Cons. 1. quest. 2. n. 30. & sequ. Vulcej. ad §. 2. Inst. de Fidejuss. n. 1.  
 Wesenbec. Cons. 14. n. 85. p. 2. Frider. Pruckman. Consil. 3. n. 1. &  
 sequ. Vol. 2. Nisi aliter conventum sit, vel aliud actum appareat à con-  
 trahentibus. *l. 34. ff. de reg. juris.* Conventio quippe & pacta dant le-  
 gem contractui, *l. 1. §. 6. ff. depositi. l. 23. ff. de R. J. Harpr. ad §. 2. Inst.  
 de fidejuss.**

12. Quandoquidem autem Obligatio mater & causa Actionis est, *Myn-  
 sing. n. 3. ad rubr. tit. de Act.* Idcirco, consideratis hactenus obligatio-  
 nibus ex contractu fidejssionis orientibus, subjungendum quoq; Quæ-  
 13. nam Actiones inde proficiantur. Considerari verò possunt illæ Actio-  
 nes, Vel quatenus Creditori adversus Fidejssores, Vel quatenus Fidejss-  
 foribus adversus debitorem principalem competunt. De illis primo loco  
 paucis agemus.

14. Primò itaq; Creditori adversus Fidejssorem, si stipulatio, quæ inter-  
 cesit, certa sit, & certum petatur, ac si appareat, quid, quale, quantum-  
 ve sit in stipulatione, Condictio certi competit. *l. Stipulationem. 74. ff.  
 de V. O. l. Certi condictio. 9 ff. Si certum petatur.* Sin vero incerta  
 sit stipulatio, nec certum petatur, si non appareat, quid, quale, quantum-  
 ve sit in stipulatione, Actio ex stipulatu locum habet. *l. ubi aut. non appa-  
 ret. 75. ff. de V. O. Manzius d. tract. c. 7. n. 21.*

15. Deinde nonnunquam & contra fidejssorem Actio de Dolo datur,  
 præsertim vigore illius clausulæ usitatissimæ: *Treusig und ohn gefehrde.*  
*l. 1. C. de dolo. l. ad comparandas. C. Mandati. l. ult. C. ex quibus caus.*  
*infam.*



*infam. irrog. l. Non videbitur. ff. de statu liberis.* In quibus locis de fide rupta agitur. *Hering. d. tract. c. 21. n. 12.* apud quem plures Creditoribus contra fidejussores competentes Actiones videantur.

Cum autem nemini suum officium damnosum esse debeat. *l. 140. ff. de R. J. l. 7. testam quemadm. aper. l. 61. §. quod verè 5. ff. de furt. ideo fidejussoribus, ne dispendium paterentur inde, unde præmium meruerunt. c. pervenit. x. de fidejuss. jura nostra tam per varias Actiones, quam per alia beneficia sive remedia consuluerunt. Postquam igitur de Acto- nibus Creditori adversus fidejussorem competentibus brevibus egimus, ordo jam postulat, ut & Actiones, quibus fidejussor contra debitorem uti potest, hinc subnectamus. Prima illarum & præcipua est: Actio Mandati contraria, quam fidejussor instituit adversus principalem debitorem, pro quo fidejussit, & solvit ad repetendum id, quod est solutum. *l. ex mandato. ff. Mandati. l. 4. in princ. ff. de fidejuss. §. Si quid autem. 6. Inst. de fidejuss. Robert. Maranta conf. n. 13. Schneidw. ad §. Si quid autem. 6. de fidejuss. n. 1. & 2. Meischner. l. 1. decis. 21. n. 15. & 16. Azo in summa Codic. Mandati. n. 28. Struv. d. Exerc. 1b. 46.**

Non solum autem fidejussor istâ actione principale debitum, sed etiam damna, expensas, & interesse recuperare potest. *c. 2. x. de fidejuss. l. 27. §. 4. Mandati. l. ex mandato. 20. l. Si fidejussor 29. l. rogatus 33. ff. eod. Zanger. de Except. p. 3. c. ult. n. 60.*

Sunt tamen quidam Casus, quibus Fidejussori Actio Mandati non competit: I. Si pro invito fidejusserit. *l. 6. §. si passus. 2. l. qui fide. 53 ff. eod. l. ult. C. de Neg. gest. Gomez. lib. 2. vas. resol. c. 13. n. 11. Emanuel Soarez. in thes. comm. opin. lit. F. n. 172.* II. Si donandi animo intercesserit. *d. l. 6. §. Si passus. 2. ff. Mandati. l. quod dictum 32 ff. de pact. l. Sed si pater. 9. §. non solum. 3. ff. ad Sctum Macedon. Schneidw. loc. cit.* III. Si Mandatum ejus contemplatione intereesit, nullum sit. *Schneidw. ad §. 6. n. 6. Inst. de fidejuss. Schrader. rubr. de fidejuss. n. 74.* Quod enim nullum est, nullum parit effectum. IV. Si inutiliter solverit, ita ut debitor per istam solutionem non fuerit liberatus, *l. Sed & si 20. ff. de fidejuss. Nisi solutio inutilis ex post facto utilis efficiatur. l. 49. ff. de solut. Manzius. d. tract. c. 7. n. 45. & seq.* V. Si ante diem & per errorem creditori pecuniam solverit, tunc enim non nisi veniente die Mandati actione expiri poterit. *l. 22. in princ. l. 51. ff. Mandati. l. 31. ff. de fidejuss. Hering.*



*Hering. d. tract. c. 25. n. 75. VI. Si falso creditoris procuratori solverit, l. inter causas. 26. §. mandato. 5. ff. mandati. Hering. d. tract. c. 25. num. 62.*

21 Deniq; si sciens, vel per ignorantiam juris exceptionem aliquam peremptoriam jam tum competentem opponere neglexerit, quâ & ipse principalis debitor honestè se tueri poterat. *l. Si fidejussor. 29. in pr. ff. Mandati. Manzius d. tract. c. 7. n. 50. Treutl. d. disp. tb. 6. lit. e.*

Secunda Actio, quâ fidejussor adversus debitorem ejusque heredem uti potest, est Actio Negotiorum gestorum contraria, quæ tum competit, si quis pro ignorante & absente fidejubeat, *l. ex mandato 20. §. 1. ff. Mandati. l. Sed videamus. 4. cum l. sequ. ff. de Negot. gest. Harpr. ad §. Inst. de fidejuss. n. 4.*

Sicuti autem, ut supra dictum, Mandati actio fidejussorii non competit, si donandi animo intercesserit, ita, & isto casu, si quis donandi animo alicujus negotium gesserit, Actio negotiorum gestorum ejusmodi fidejussori non competit. *d. l. Sed videamus. ff. de Negot. gestis.* Notandum autem, quòd prædictæ Actiones & Mandati & Negotiorum gestorum tum demum Fidejussori competant, si pro debitore principali solverit, *§. 6. Inst. de fidejuss. Struv. d. Exerc. tb. 46.* quamvis extra judicium à creditore interpellatus solverit. *l. 10 §. 11. ff. Mandati. l. 6. C. d. tit. dummodò defensiones etiam reo competentes (nam & his Fidejussorem uti posse constat ex *l. 32. ff. de fidejuss.*) non omiserit. *l. 31. ff. de fidejuss. Harpr. ad §. 6. Inst. d. t. n. 5.* Quæritur autem an Confessio creditoris de soluta à Fidejussore pecunia, sufficienter probet factam solutionem, ita ut fidejussor prænominatus actiones contra debitorem instituere queat; Affirm, *arg. l. 26 §. fin. ff. depos. l. 14. §. 2. C. de non numer. pecun. Paul. Castr. Conf. 64. lib. 1. Alex. Conf. 25. vol. 2. Hippol. in Rubric. de fidejuss. n. 265. Valent. Francus d. tract. cap. 5. n. 519.* Illamq; sententiam magis communem & veriore assertunt, *Roland à Valle Vol. 1. Conf. 17. n. 9. Mascard. de Prob. Concl. 361. & Concl. 753. Dissent. Bart. & Fulgos. in l. 28. ff. de jurjur. Angel. de Perus. in l. 71. §. fin. ff. de Fidejuss.* Statuentes, ad id ut fidejussori prædictæ actiones competant, aliam plenior probationem requiri. Unde ad evitandam istam controversiam cautius agit Fidejussor, si creditori solvens non solum originalem obligationem recipiat, sed statim ab ipso apocham qua  
satis*



satisfactum sibi creditor affirmat, insuper reposcat, cum contingere queat, ut creditor non solâ illa obligatione (quam fidejussor receptam, bene se rebus suis eo ipso prospexisse ratus, forsitan combussit) contentus creditum in librum rationum quoq; retulerit & transcripserit, ac sub illo prætextu debitorem vel fidejussorem rursus divexare præsumat. Quemadmodum notabilem istam cautelam suppeditat Anton. *Hering. d. tract. Cap. 20. § 1. n. 56.* Certis tamen casibus & ante solutionem agere potest fidejussor contra debitorem principalem, ad id, ut liberetur à fidejussione, cum primis I. si conventum & expressè inter debitorem & fidejussorem actum, ut ante solutionem, & quandocunq; voluerit, possit contra eum agere. *l. 10. C. Mandati. Sneider. ad §. 6. Inst. de fidejuss.* II. Quando fidejussor diu stetit in obligatione, & debitor nimis diu solutionem protraxit, *l. Lucius. 38. § 1. ff. Mandati. c. fin. x. de fidejuss. Manz. d. tract. c. 7. n. 65.* Neq; enim fidejussio perpetua esse debet, ne semper solutionis pertimerendum periculum, & omni momento in anticipi quis fluctuare cogatur. *Harpr. ad §. 6. Inst. de fidejuss. n. 8.* Quando autem dicatur diu stetit in obligatione, in arbitrio judicis consistere dr. *Sneider. loc. cit.* III. Si fidejussor fuit condemnatus ad solvendum. *l. 10. C. Mandati.* Cui exceptioni eum casum adjungunt, ubi in causa conclusum est, & sic sententia est in propinquo; item ubi ex statuto est parata executio vi instrumenti guarentigiati. *Dn. Brunnem. ad d. l. 10. C. Mandati.* IV. Quando principalis debitor bona sua dilapidare incipit. *Sneider. loc. cit.* Quin & fidejussorem, quando se vult conferre ad longinquas partes, agere posse, ut à fidejussione liberetur, statuit *Sneider. d. §. 6. Inst. de fidejuss.* Fidejussori quoq; contra creditorem, exactionem debiti differentem, licere, si ejus intersit exigi, instituere judicium ex *l. Si contendat. 28. ff. de fidejuss. putat. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. tb. 46.*

CAPVT VI.  
DE  
BENEFICIIS FIDEJUSSO-  
RUM.

E

SUM.





**F**idejussoribus à jure singularia indulta beneficia ac remedia 1. competit illis Beneficium Excussionis s. Ordinis. 2. Divisionis. 3. Cedendarum actionum. num. 1. Beneficium Excussionis s. Ordinis unde dictum, & in quo consistat? 2. Beneficium Excussionis competit non solum fidejussori, verum & constituenti, it. pluribus Administratoribus. 3. Utrum injurata etiam fidejussione locum habeat Beneficium Excussionis? 4. Juramentum est strictæ interpretationis. 5. Anne Exceptio ordinis, quâ fidejussores uti possunt, sit peremptoria vel dilatoria? 6. Quando Excussionis beneficium cesset? 7. An Fidejussor, qui se tanquam principalem debitorem obligavit, beneficio excussionis uti possit? 8. Beneficium divisionis Fidejussoribus competens ab Hadriano Imperatore per epistolam constitutum. 9. In quo consistat Beneficium divisionis? 10. Quibus competat Beneficium divisionis? 11. An si convenerit, ut in solidum tenerentur fidejussores, beneficio divisionis uti queant? 12. Divisionis beneficium à fidejussoribus in judicio allegandum, ne in solidum condemnentur. 13. Ratio. 14. Quando divisionis exceptio opponenda? 15. Quando fidejussores divisionis remedio uti nequeant? 16. Numne isto casu, si confidejssorum quidam non sint solvendo, creditori agenti Divisionis exceptio objici possit? 17. Si Fidejussor solvere paratus sit, jure petere potest à creditore, ut sibi cedantur actiones tum contra debitorem principalem, pro quo Fidejussis, tum adversus confidejssores. 18. Petenda actionum cessio ante solutionem vel in ipso solutionis actu 19 Exceptio cedendarum actionum adeò privilegiata, ut & post sententiam ad impediendam executionem opponi possit? 20. Quando cedendarum actionum beneficio fidejussores uti non possint? 21. Exceptionibus realibus, quæ reo, pro quo fidejussit fidejussor, competunt & Fidejussor ejus uti potest. 22. An Exceptionem præscriptionis opponere valeat fidejussor. 23. Exceptiones reales fidejussori competentes, ille & invito debitore objicere potest. 24. Exceptio merè personalis & personæ rei principalis coherent fidejussori opponi nequit. 25. Ratio. 26.

**C**um Fidejussores pro principali debitore ex mera intercedant benevolentia; idcirco jura propensius ipsis, quàm debitori principali



cipali faventia onera illorum allevare, ipsisque benignè succurrere I.  
voluerunt, & quidem per singularia indulta beneficia seu remedia;  
quorum I. vocatur: Beneficium Ordinis seu Excusationis. II. Divi-  
sionis. III. Cedendarum actionum. Quæ cum in foro frequentissi-  
ma sint, & potissima hujus materiæ utilitas in illis consistere videatur,  
ordine at paucis, quantum quidem fieri potest, ista perlustrabimus.

Primum igitur locum sibi vendicat: Beneficium Excusationis sive 2.  
Ordinis: eò dictum quòd creditor debeat servare ordinem hunc, ut  
prius excutiat principalem, qui debitum contraxit, antequam perveniat  
ad fidejussorem. *Nov. 4. cap. 1.* Cùm enim jure veteri liberum esset  
creditori, omisso principali, statim fidejussorem convenire. *l. 5. C. de fi-  
dejuss.* Imperator Justinianus æquitatis & humanitatis intuitu istud be-  
neficium fidejussoribus concessit, quo conventi ante litem contestatam  
se tueri possunt, ut prius principalis debitor conveniatur; & ad peram  
usq; & saccum excutiat. *Auth. presente. C. de fidejuss. Myns. Cent. 2.  
Obs. 15. in pr. Vasqu. illustr. contro. c. 23. n. 3. Fason. in §. fin. n. 6. Inst.  
d. Añ. Ant. Gabr. comm. Concl. l. 3. rubr. de fidejuss. concl. 1. Anthon.  
Gomez. var. resol. l. 2. c. 13. n. 14. Gail. lib. 2. Obs. 27. Schrader. d.  
tract. rubr. de Fidejuss. n. 38.*

Competit autem Beneficium Excusationis non solum fidejussori, 3  
verum etiam per ampliacionem Constituenti, & constitutæ pecuniæ reo  
à creditore convento. *Nov. 136. in princ. & c. 1. Gail. lib. 2. Obs. 28.  
num 1.*

Similiter eodem Excusationis beneficio gaudent plures Administra-  
tores v g. Curatores, quorum si unus administravit, & alter conveniatur,  
potest, ille opponere beneficium excusationis, ut prius conveniatur, qui  
administravit *l. 1. C. si tutor. l. fin. C. de divid. tut. Donell lib. 15. com-  
ment jur. & c. cap. 20. in fin. Surd. cons. 170. n. 13.*

Utrum verò in jurata etiam fidejussione locum habeat Beneficium 4.  
Excusationis, an vero non, inter Dd non convenit; multis affirmantium,  
multis negantium sententiæ calculum adjicientibus. Nos & in jurata  
locum habere arbitramur, & fidejussorem, qui mediante juramento, fi-  
dejussit, nihilo minus isto beneficio contra creditorem se tueri posse.  
existimamus: cui nostræ sententiæ adstipulantur *Andr. Fachin. lib. 3.  
Contro. juris. c. 15. Andreas Alciatus in c. cum contingat. n. 174. x*



de Jurejur. Gomez lib. 2. var. resol. c. 13. n. 14. Ludolph Schrader. in  
 miscell. c. 5. n. 18. Zanger. de except. p. 2 c. 16 n. 13. Covarr. in relect. c.  
 Quamvis p. 1. §. 4. n. 4. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. th. 43.  
 Etenim juramentum sequitur naturam actus ejus, super quo interponi-  
 tur Covarr. d. l. Sed natura obligationis fidejussoriae est, ut fidejussor con-  
 veniri non possit, ante principalem debitorem, E. Deinde fidejussor ju-  
 ratò fidejubens, non jurat se beneficio excussionis à lege sibi concessio  
 uti nolle, sed servaturum ipsam conventionem, salvis tamen beneficiis sibi  
 indultis.

5. Cum ergo juramentum sit strictae interpretationis, non debet ex-  
 tendi ad illa, de quibus mentio nulla facta est. Juramentum siquidem  
 tali modo interpositum firmat solummodò contractum, non ipsa legum  
 beneficia fidejussori competentia tollit. Manzius d. tr. c. 8. n. 7. Diss.  
 Treutl. select. disp. Vol. 2. disp. 28. th. 5. lit. D. Coler. process. exec. p. 1.  
 c. 10. n. 341. Berlich. Concl. 22. n. 27. Natta. Conf. 426. n. 22. Wesenbec.  
 p. 10. Conf. 10. n. 24. & sequ. Roland. à Valle. vol. 1. Conf. 6. n. 45. Hip-  
 pol. in rubr. de Fidejuss. n. 9. Bald. in c. ex rescripto. de jurejurando in  
 2. Col. Card. Tusch. tom. 3. pract. concl. lit. E. concl. 404. n. 88. Carpz.  
 2. c. 17. d. 5.
6. Sed anne Exceptio ordinis, quàm fidejussores uti possunt, sit perem-  
 ptoria, vel dilatoria, & ita, an possit ante vel post litem contestatam  
 opponi, controvertitur; Et dilatoriam esse, proptereaqu; tantum ante  
 litem contestationem opponi posse, verius videtur. Sneider. §. Si plures.  
 Inst. de Fideiuss. Fact. in lib. 8. Contr. c. 52. Zanger de Except. p. 2. & 16.  
 n. 4. qui tamen ipse n. 6. etiam post litem contestatam eandem oppo-  
 ni posse, receptiorem esse, atqu; in judicando approbatam sententiam fa-  
 retur; cui assentiunt Carpz. p. 1. const. 3. def. 17 & Dn. Brunnem. Exerc.  
 19. ad §. 4. Inst. de Fideiuss.
7. Cæterum dictum Execussionis beneficium quibusdam casibus ces-  
 fat: Primò si debitor principalis sit absens, ita ut sine magna difficultate  
 conveniri nequeat. Auth. presente. C. de fidejuss. Francus. c. 5. n. 33.  
 Sneider. in §. Si plures. 4. Inst. de fidejuss. Ratio: Quia ista absentia  
 creditori incommodo atqu; fraudi esse non debet. Mynsing. c. 2. Obs. 15.  
 n. 12. Harpr. ad §. 4. Inst. de fidejuss. n. 50. Hippol. in rubr. de fidejuss.  
 n. 19 Roland. à Valle Conf. 88. n. 2. cum sequ. vol. 4. Notandum vero  
 hic,



hic, quod fidejussori desideranti iudex definire debeat tempus intra quod producere possit reum prius conveniendum. *Auth. Præs. C. de fidejuss.* Tempus autem illud non est, secundum quorundam opinionem, ad sex mensium spatium præcise restringendum, sed iudicis arbitrio, considerata personarum qualitate, & loci distantia, ejus definitio committenda. *Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 40.*

Secundò Beneficium Excussionis locum non habet, si fidejussor fidem suam se interposuisse inficietur, & deinceps mendacii convincatur. *Myns. cent. 2. obs. 150. n. 8. Aurel. Corbul in tract. de jur. emphyt. c. 1. n. 6. Borcholt. de feudis c. 8. n. 115. Francus. d. tract. c. 5. n. 407. Vasqu. c. 33. n. 16.* Manifesti enim juris est, quòd nemo debeat habere fructum ex eo, quod nisus est impugnare. *arg. l. 8. §. 14. ff. de inoff. testam l. Auxilium. ff. de Minoribus.*

Quæ tamen assertio declarationem & limitationem admittit; Non enim procedit; Quando fidejussor non quidem simpliciter inficiatur, se esse fidejussorem; sed cum negat narrata prout narrantur; tunc enim remedium excussionis non perdit. *Bart. in fin. l. Si dubitet. §. 1. ff. de fidejuss. Sneider. loc. cit. n. 9.* (2.) limitatur, si ex ignorantia & sine dolo malo ac lata culpa forsan istius modi inficiatio fiat; modò illa ignorantia non sit admodum crassa & supina. *Antho. Hering. tr. de fidejuss. c. 27. p. 1. n. 218.* (3.) Si post porrectum libellum, antequam litem contestetur vel convincatur, inficiationis istum pœniteat, tunc enim excussionis beneficium recuperare dr. *Hippol. in Rubr. de fidejuss. n. 737. Roland, à Valle. Conf. 88. n. 18. Vol. 4. Hartm. Hartm. in pract. Observ. tit. de fidejuss. Obs. 5.*

Tertiò beneficio fidejussionis destituitur fidejussor; Si notorie con-  
fret, debitorem non esse solvendo. *Bart. in l. ult. ff. si cert. pet. Myns. cent. 2. Obs. 15. n. 2. Decian. resp. 42. n. 9. vol. 2. Jacobus de Arena tract. de Excuss. n. 3. Angel. in §. Item si quis. Inst. de Act. n. 9. Vasqu. lib. 1. illustr. contr. c. 33. n. 13. & c. 4 n. 1. Sichard. in Authent. præsent. n. 7. Felin. in c. cum olim. de Rejud. n. 11. Ruin. vol. 1. c. 180. Gail. lib. 2. Obs. 27. n. 14. Antho. Gabriel. l. 3. Concl. 1. n. 53. Wesenb. Conf. 10. n. 35. & Conf. 14. n. 19. Scotanus exam. jur. in tit. de fidejuss.* An autem super Notorio sententia requiratur, & quomodo illud probetur, Vid. *Gail. 2. Obs. 27. n. 15. & Hering. c. 27. n. 201.*



Quartò Excussionis beneficio non est locus, si consuetudine vel statuto loci aliud receptum sit; prout etiam inter Mercatores exceptio Excussionis cessat. *Myns. cent. 2. Obs. 15. n. 5. Francus. d. tract. c. 5. n. 396. Card. Tusch. tom. 3. pract. concl. lit. E. Concl. 403. n. 75. & sequ. Struv. d. Exerc. th. 43.* Quia in foro mercatorum Summariè & de plano non inspectis apicibus juris proceditur. *Boer. decis. 221 n. 15.*

Quintò beneficio Excussionis non gaudet fidejussor, quando animo novandi principalem obligationem in se suscepit. *Myns. d. Obs. 15. n. 7. Gail. lib. 2. Obs. 27. n. 31. & Obs. 28. n. 4.* Sexto Excussionis remedio frustra se juvare conatur fidejussor, quando consultò & specialiter ei renunciavit. *Nov. 136 de argent. contr. c. 1. Vasqu. lib. 1. contr. illustr. c. 33. n. 14. Myns. cent. 2. Obs. 15. Francus. d. tract. c. 5. n. 34. Hering. c. 27. n. 186 Coler. process. execut. p. 1. c. 10. n. 336. Modestinus Pistor lib. 1. consil. 35. n. 26.* Quilibet enim favori pro se interducto renunciare potest. *arg. l. 51. C. de Episc. & Cler.* Quod tamen fallit in Fidejussore indemnitatis, vulgò *Rück* oder *Schadlosbürgen*; ille enim licet expressè & specificè beneficio excussionis renunciaverit; at tamen non obstante tali recunciatione isto uti, idq; opponere non prohibetur. *Vasqu. l. cit. c. 33. n. 7. & n. 12. Schultz in not. ad Inst. de fidejuss. Coler. in process. execut. p. 1. c. 10. n. 400. Hippol. de Marsil. n. 314. Wesenbec. cons. 10. n. 31. Anton. Gabriel Concl. 1. n. 31. & n. 97. lib. 3. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. n. 43. Rationes. vid. ap. Manz. c. 8. n. 33.* Illud tamen notandum, quòd licet fidejussor renunciaverit beneficio excussionis, nihilominus petere possit à creditore, ut excutiat principalis, fidejussoris periculo & sumptibus. *Struv. d. Exerc. th. 43.*

8. Deniq; hoc loco non est prætermittenda controversa illa quæstio; An fidejussor, qui se tanquam principalem debitorem als einen *Selbstschuldigen* obligavit, beneficio excussionis uti possit? Nobis negantium sententia tanquam verior, & in foro recepta arridet *arg. l. 51. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. Berlich p. 2. Concl. 23. n. 4. & sequ. Hering. d. tract. c. 27. p. 10. n. 67. & sequ. n. 82. & sequ. Tusch. tom. 3. pract. concl. lit. L. Concl. 404. n. 82. Wesenbec p. 1. c. 10. n. 18. & sequ. Scotan. exam. jur. tit de fidejuss.* Contractus enim ex conventionem legem accipiunt *c. Contractus. 85. de R. 7. in 6.* & juxta formam traditam ab homine vel jure regulantur obligationes. *Borcholt. 8. si quid. Inst.*



*Inst. de fidejuss. Fachin. 8. Contr. 54. Gail. 2. Obs. 28. n. 2.* Et in contractibus nedum clausula, sed ne verbum quidem deliberatè appositum debet esse otiosum, & sine virtute operandi. *Sneid-vv. n. 11. Harpr. n. 31.* Atq; illam opinionem non solum in Practica teneri, sed etiam æquitati amicam esse testatur *Gail. lib. 2. Obs. 28. n. 6.* Ac secundum eam non tantùm Senatum Illustris Academiae Juliae Anno 1579. d. 25. Novembris. in causa quadam gravissima pronunciaſſe, sed & Cameram Imperialem ante multos annos judicasse testis est. *Anthou. Hering. d. tr. c. 27. p. 1. n. 121. & sequ. Dissent. Sichard. ad rubr. Cod. de fidejuss. Decian. Vol. 2. Respons. 25. n. 10. Bachov. ad Treutl. disp. 28. lit. C. & D. Struv. d. exerc. 47. th. 43. Joach. à Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 305.*

Alterum fidejussoribus competens Beneficium Divisionis, quod 9. personas plurium fidejussorum concernit, vocatur aliàs Beneficium ex epistola D. Hadriani. *l. inter. 26. ff. de fidejuss. Cujac lib. 22. Obs. c. 5.* ab Hadriano Imperatore, qui tale jus circa personas fidejussorum per epistolam constituit. *l. ult. C. de Const. pec.* Cùm enim olim plures fide- 10 jussores singuli in solidum conveniri possent, adeò ut liberum esset creditori, à quo solidum petere vellet, ut supra dictum; hodie exceptione Divisionis uti possunt, & petere ut Actio inter sese dividatur, *l. 26. ff. de fidejuss. l. fidejussor. 10. §. 1. C. de fidejuss. §. Si plures Inst. de Fidejuss.* Beneficium illud Divisionis non solum fidejussoribus ipsis, sed etiam i- 11 storum heredibus competit *l. Si plures 27. 53. ff. de Fidejuss. Hering. d. tract. c. 27. p. 2. n. 27.* Deinde sicuti beneficio Excussionis etiam plures pecuniæ constitutæ rei uti possunt, ita iidem Divisionis remedio gaudent. *per l. fin. C. de Const. pec. Schrader. d. tract. rubr. de fidejuss. n. 40. Manzius. d. tract. c. 9. n. 4.*

Præterea Divisionis beneficio locus etiam est in fidejussoribus fidejussoris, den Rückbürgen / in quorum persona, ut inquit Ulpianus, eadem locum habent, quæ sunt à D. Hadriano constituta. *l. Si plures 27. §. 1. ff. de fidejuss. Hering. d. tract. c. 27. p. 2. n. 25.* In Casu igitur, Si Pomponius Mevius, & Sempronius sint confidejussores pro 100. florenis, & pro Sempronio adhuc alius Cajus nempe sit datus fidejussor, ad majorem nim. securitatem; Tunc si creditor Cajum conveniat, si fortassis Sempronium convenire nequeat, Cajus rectè petere potest, ut Ob-  
ligatio



ligatio inter se; Pomponium, & Mevium dividatur, & is tantum de sua rata conveniatur. Quod si autem forte fidejussor principalis, atq; illius fidejussoris fidejussor der Rückbürge concurrerent, tunc frustra fidejussor succedaneus & surrogatus der Rückbürge / ut inter se & eum fidejussorem, pro quo fidejussit, dividatur obligatio, desiderat. Vid. Hering. d. l. n. 26.

12. Postremò & hoc observandum, quòd fidejussores, etiamsi convenit, ut singuli in solidum tenerentur, nihilominus tamen beneficium Divisionis habeant. Ea namq; conventio (citra specialem & expressam renunciationem) constitutionem juris immutare non potest. *l. non re-ctè 3. C. de fidejuss. Borcholt. de pact. c. 5. n. 8. Manzius d. c. 9. n. 9.*
13. Coeterum Divisionis beneficium à fidejussoribus in judicio est alle-
14. gandum, ne in solidum, condemnentur: Actio enim & Obligatio inter fidejussores non ipso jure, sed ope exceptionis dr. esse divisa *l. inter. 26. ff. de fidejuss. l. fidejussor. 10. §. 1. C. eod. §. Si plures. 4. Inst. de Fidejuss. Gail. lib. 2. Obs. 27. n. 5. Sneiderov. ad d. §. 4.* Et hæc adeò vera sunt, ut etiam fidejussor conventus, & omisà exceptione divisionis solidum solvens, à creditore istud, quod ultra suam portionem solvit, repetere non possit. *l. ut fidejussor. 39. ff. de fidejuss. Franc. d. tract. c. 5. n. 443. Hering. d. tract. c. 27. p. 2. n. 84. Harpr. ad §. 4. Inst. de Fidejuss. n. 7.*
15. Illud autem inter Dd. controversum; quando divisionis exceptio opponenda sit! Et cum peremptoria sit, etiam post litem contestatam usq; ad definitivam sententiam opponi posse verius videtur. *d. l. 10. §. 1. ibi. Ante condemnationem. C. de Fidejuss. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 13. n. 15. Francus. d. tract. c. 5. n. 460. Bocser. class. 2. disp. 16. th. 33. Zanger. de except. p. 3. c. 19. Dn. Brunnem. ad d. l. 10. C. de fidejuss.*
16. Notandum vero, quòd Divisionis beneficio interdum fidejussores non possint uti; I. Si se fidejussores esse inficientur. *l. 10. §. 1. ff. de Fidejuss. Fason. in l. 1. n. 11. C. de transact. Mynsing. in §. Si plures. n. 6. Inst. de Fidejuss. Borcholt tract. de pactis. c. 5. n. 80. Francus d. c. 5. n. 469. Coler. in process. exec. p. 1. c. 10. n. 340. in fin. Hippol. de Fidejuss. n. 322. II. Si isti fuerit renunciatum à fidejussoribus. *l. Si quis in conscribendo C. de pact. Coler. in process. execut. p. 1. c. 10. n. 363.* Sed nec III. Divisionis exceptio opponi potest, si aliquis cum muliere pro alio simul fidejubeat; Cum is scire potuerit, aut ignorare non debuerit mulierem intercede-*

re non



FIDEJUSSORUM.

51

re non posse. *l. Si Titius. 48 ff. de fidejuss. Struv. Syntagm. iur. Civ. Exerc. 21. th. 5.* Et qui cum alio contrahit non debet esse ignarus conditionis ejus. *Harpr. ad §. 4. Inst. de fidejuss. n. 18. Sneideru n. 20. eod.*

Númne autem isto casu, si confidejssorum quidam non sint solvendo, creditori agenti Divisionis exceptio objici potest! Distingv. An illo tempore, quo agit creditor, non sint solvendo, & isto casu exceptionem illam opponi non posse ex §. 4. *Inst. de fidejuss. l. 26. ff. eod. & l. 3. C. de fidejuss. constat.* An verò postquam egit, & divisio facta, unus vel alter desinat esse solvendo; & tunc periculum esse creditoris, nec impediri exceptionem dictam ex *l. 52. §. 1 ff. de fidejuss. l. 16. C. eod. apparet. Struv. Syntagm. iur. Civ. d. Exerc. 47. th. 44. Sneideru. d. l. n. 20.*

Tertium Beneficium, fidejssoribus competens vocatur: Beneficium cedendarum actionum. Etenim si fidejssor solvere paratus sit, jure petere potest à creditore, ut sibi cedantur actiones tum contra debitorem principalem, pro quo fidejussit, tum adversus confidejssores. *l. 13. ff. de fidejuss. l. 17. l. cum 15. 36. ff. eod. l. cum alter 11 C. eod. l. Papinianus 28. l. qui mandatum 48. Mandati. Wesenbec. in parit n fin. de fidejuss. Zanger. de except. p. 2. c. 16. n. 28. & seq Schrader. d. tr. tit. de fidejuss. n. 41. Sichard. ad l. 2. n. 7. C. de fidejuss.* Idq; adeò verum, ut sicut fidejssor, prius quàm actiones sibi cedantur, debiti solutionem optimè denegare potest. *l. sicut. 21. C. de fidejuss. Sneideru. ad d. §. 4. Inst. n. 23.* ita etiam, si actualiter solvere paratus sibi actiones cedi petat, creditor verò culpà suà eas cedere nequeat, creditor, ab agendo repellatur. *l. Stichum. 59. §. pen. ff. de solut. Francus. d. tract. c. 5. n. 480. Hering. d. tr. c. 27. p. 3 n. 13. Hartm Pistor. lib. 1. quæst 48 Struv d. Exerc. th. 45.* Petenda autem Actionum cessio ante solutionem, vel in ipso solutionis actu. *l. cum alter. 11 C. de fidejuss. l. ut fidejssor. 39. ff. eod.* Post factam enim solutionem frustra postulatur. *l. Modestinus 76. ff. de solut. Menoch. de præsumpt l. 3. præsumpt. 45. n. 26. Dn. Brunnem ad l. 11. C. de fidejuss.* Nisi fidejssor eà lege solverit, ut sibi cedentur actio nes; hoc quippe casu etiam post solutionem rectè agere potest de actionibus sibi cedendis. *d. l. 11. C. de fidejuss. Treutl. d. disp. th. 6. lib. 6. l. juris gent. princ. ff. de pact. l. legem. C. eod.*

Coeterum Exceptio cedendarum actionum adeo privilegiata est, ut etiam post sententiam ad impediendam executionem opponi possit.

F

Coler.





*Coler in process. execut. p. 1. c. 10. n. 33. Hering. d. tract. c. 27. p. 3 n. 17.* Potest quoq; actionum cessionem petere, qui beneficio divisionis renunciavit. *H. Pistor. 1. quest. 48. n. 6.* Quæritur autem, An Exceptione cedendarum actionum creditor à fidejussore repelli possit, si actiones adversus debitorem, aut reliquos fidejussores facto suo amiserit; Affirm. *arg. l. 95. § pen de solut Struv. Exerc. 47. tb. 45.*

Quemadmodum autem beneficia Excussionis & divisionis quibus-  
 21 dam casibus cessant, sic etiam non desunt casus, quibus cedendarum actionum remedio fidejussor uti non potest; & quidem I Si animo donandi pro aliquo fidejussit. *l. quod dictum. ff. de pact. Manz. c. 10. n. 29.* II. Si ex communi vel proprio dolo conventus atq; exactus fuerit. *l. 1. §. 10. & 14. ff. de tut. & rat. distr. arg. l. unde quæritur. 7. ff. commodati* III. Si isti renunciaverit. Quia quilibet favori pro se introductore nunciare potest. *Zanger. d. l. n. 43.* IV Si se fidejussorem esse neget. *Francus. d. tract. c. 5. n. 500. Hering. d. tract. c. 27. p. 3. n. 24. Struv. d. Exerc. tb. 45.*

Cæterum præter supra adducta fidejussoribus competentia remedia adhuc quædam sunt Exceptiones, quas ipsi utiliter opponere possunt.  
 22 Ubi observanda regula; Quod Exceptionibus realibus, quæ reo competunt, etiam fidejussor eius uti possit. *l. ex persona. 32. ff. de fidejuss. l. defensiones. C. de except. Andr. Rauch. in quest. p. 2. quest. 7. n. 21. Franc. c. 3 n. 20. & 24. Coler de process. execut. p. 1. c. 10 n. 338. Surdus decis 301. n. 12. Hippol. de Marsil. de fidejuss. n. 173. Zanger de except. p. 3. § ult. num. 59. Harpr. ad §. 4. Inst. de Fidejuss. n. 69.*

Competit igitur fidejussori Exceptio rei judicatae, quæ realis est, & fidejussori non deneganda. *l. Exceptiones 7. §. 1. ff. de Except.* Porro doli mali mali exceptione quoque gaudet fidejussor, quando sc. dolo alterius reus est circumventus, tunc enim non in personam, sed in rem scripta *d. l. 7. §. 1. ff. de Except. l. si testam. 49. in pr. ff. de fidejuss. Hering. d. Tr. c. 27. p. 4. n. 26. Franc. c. 3 n. 34. & sequ.* Præterea exceptione quod metus causa uti potest. Prætoris enim edictum de metu in rem scriptum est *l. apud Celsum. 4. §. 33. de dol. mal. & met. except l. metum 9. §. fin. quod metus causâ. Francus d. c. 3 n. 45.* Exceptione quoq; præstiti à reo jurisjurandi juvatur fidejussor: Illa enim non minus ac ipsa solutio fidejussori dicitur proficere. *d. l. Exceptiones*



nes §. 1. ff. de Except. Hering. d. c. 27. p. 4. n. 29. Tandem & Præscri-  
ptionis exceptionem opponere valet fidejussor. *Wesenbec in parat ff.*  
*de Usucap n. 14. & Conf. 14. n. 84.* De reliquis Exceptionibus realibus,  
quibus fidejussores uti possunt, vid. *Hering. d. Tract. cap. 27. & Fran-*  
*cus cap 3.*

Ejusmodi autem adductas exceptiones reales fidejussor etiam in-  
vito debitore objicere potest. *l. 19. ff. de Except.* Quamvis vero Ex-  
ceptiones Reales reo competentes, uti dictum, fidejussores quoque e-  
jus opponere possint, secus tamen in Exceptionibus personalibus, quæ  
personam principalis concernunt, de illis enim talis observanda regula:  
Quòd Exceptio merè personalis & personæ rei principalis medullitus  
coherens à fidejussore opponi nequeat. *l. Exceptiones in princip. ff. de*  
*Except. l. cum patronus. de leg 2. Zanger in tract. de Except. p. 3. c. ult.*  
*n. 63.* Explorati enim juris est, personalia privilegia personas suas non  
egredi *l. privileg. in 196 ff. de R. J. Harpr. ad § 4 Inst. de fidejuss. n.*  
*72. Petrus Peckius ad c. privilegium 7. de Reg. Juris in 6. Vid Fran-*  
*cus d. Tract. c. 3. n. 98. & sequ. & Hering c. 27 p. 4. n. 76. & sequ. ubi*  
*prædictam regulam pluribus exemplis accuratè illustrant.*

## CAPUT VII.

QVOMODO FIDEJUSSIO SOL-  
VATUR.

## SUMMARIA.

**I**N genere tollitur fidejussio iisdem modis, quibus contractus princi-  
palis. 1. Ratio. 2. In specie solvitur fidejussio Solutione 3. Quo-  
modo probari possit Solutio. 4. II. Finitur Fidejussio Novatione. 5  
III. Acceptilatione. 6. Ratio. 7. IV. Fidejussio tolli & fidejussor li-  
berari dicitur, si principali obligationi longissimo tempore præscriptum;  
modò obligatio debitoris & fidejussoris uno eodemq; tempore nata fu-  
erit 8. Numne interpellato debitore principali, fidejussor tamen non  
interpellatus intra longissimum tempus præscriptionem allegare possit?  
9. V. Obligatio fidejussoria tollitur per Compensationem 10. Ra-  
tio



tio. II. *An fidejussori competat electio, utrum, quod sibi ipse, an reo debetur compensare malit?* 12. *An si tempus in obligatione adjectum præterlapsum, & terminus debitori principali prorogatus fuerit, si de jussores per illud liberentur?* 13.

- C**onsideratis hactenus modis, quibus fidejussio contrahitur, paucis adhuc quomodo & illa rursus solvatur, annectamus. In genere autem tollitur fidejussio iisdem modis, quibus contractus principalis. Accessio enim subsistere non potest, principali non subsistente. *l. cum principalis. 178. ff. de R. J.* Inter modos verò speciales, quibus solvitur fidejussio primus & præcipuus est Actualis Solutio per text. in pr. tit. *Inst. quib. modis toll. oblig. l. Modestinus 76. ff. de solut. Gomez. var. resol. tom. 2. c. 13. n. 26. Wesenbec. in paratit. n. f. de fidejuss.*
1. Quomodo autem probari possit solutio, explicat *Antho. Hering. d. Tract. c. 20. §. 1. n. 43. & sequ.* Paucis: Probari illa potest 1. Testibus 2. Instrumentis: illa enim in exercendis litibus eandem vim obtinent, quam depositiones testium *l. in exercendis C. de fid. instr.* 3. Si creditor confiteatur sibi à fidejussore satisfactum esse. Cum enim confessione nulla major & fortior inveniatur probatio, per jur. notissima quin & solutio per eandem validè probetur, dubio caret.
2. Secundò finitur Fidejussio Novatione: nam si principalis obligatio novatur inter debitorem & creditorem, liberatur fidejussor *l. Novatione 4 C. de fidejuss. l. 60. in pr. ff. eod.* Nisi fidejussor consentiat in Novationem vel de novo obligetur *d. l. Novatione 4 C. de fidej. l. Novatione. ff. de Novat. l. solutum. §. 1. ff. de pign. act. Gomez. d. l. 6. n. 20.* Tertiò Acceptilatione solvitur fidejussio *l. 1. ff. de Acceptil. §. 7. item si per acceptil. Inst. quibus modis toll. ur Oblig.* Etenim solvisse dicitur, qui acceptilatione est liberatus *l. 5 l. 16. pr. ff. de Acceptil.*
3. Quartò Fidejussio tolli, & fidejussor liberari dicitur, si principali obligationi longissimo tempore præscriptum; modò obligatio debitoris & fidejussoris uno eodemq; tempore nata fuerit; aliàs, si obligatio fidejussoris aliquantò post nata, subsistit eadem, etiam post præscriptum debitum principale, usq; dum à tempore initæ fidejussionis 30. anni præterlapsi. *Franc. d. tract. c. 6. n. 86. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc.*



FIDEIUSSIO SOLVATUR.

55

48. *th* 47. Numne autem interpellato debitore principali, fidejussor 9.  
tamen non interpellatus intra longissimum tempus prescriptionem alle-  
gare possit, quaeritur? Quod negatur, *arg. l. ult. C de duobus reis. l.*  
91. § 3. 4. ff. de V. O. Hering d. tract. c. 20. §. 18 Dissent Carpzov.  
*decis. illust. 34.*

Quinto Obligatio Fidejussoria tollitur per Compensationem *l. 15. 10.*  
ff. qui pot. in pign. l. 4 ff. de Compens. Illa enim optima solutio dici- 11.  
tur. Quod adeo verum, ut & fidejussor, si à creditore conveniatur, ex-  
ceptionem Compensationis objicere possit, licet ipse debitor taceat. *l. ex*  
*persona ff. de fidejuss. Anthon. Hering. d. tr. c. 20. §. 6. n. 4.* Electio- 12.  
nem quoq; competere fidejussori, utrum, quod sibi ipsi, an quod reo de-  
betur, compensare malit; quin & si utrumq; compensare velit, audien-  
dum esse, æquissimum putat idem Hering. *loc. cit. n. 3.* De aliis multis  
modis, quibus solvitur fidejussio, vid. Anthon. Hering d. tract. c. 20.

Postremo subtilem illam & in praxi sæpe agitam controversiam 13.  
hic, subnectere lubet, An si tempus in obligatione adjectum præterla-  
psum, & terminus debitori principali prorogatus fuerit, fidejussores per  
illud liberentur? Sunt qui dicunt; Quod fidejussores per prorogatio-  
nem termini non liberentur, sed nihilominus teneantur, cui sententiæ  
adstipulantur *Jason in l. 1. C de jud. n. 18 Valent. Franc. in tract. de*  
*Fidejuss. c. 6. n. 52, Card Tusch. tom. 3. pract. Concl. lit. E. Concl. 317.*  
*n. 27. & sequ. Köppen decis. 40. n. 3. Matt. Cöber. decis. 30 p. 1 n. 2. &*  
*sequ. Gomez. lib. 2. var. resol. c. 13. n. 19* Nec desunt, qui statuunt, fi-  
dejussores per prorogationem termini debitori principali factam omni-  
no liberari; Cui opinioni calculum addunt *Specul. lib. 4. p. 3. tit. de*  
*fidejuss. §. Si igitur in contractu 1. n. 19. ibi. Illud. enim quaeritur. Gail.*  
*lib. 1. Obs. 91. n. 22. Natta Cons. 202. n. 6. Tiraqu. de Retract. con-*  
*vent. §. 1 gl. 7. n. 32. Felin. in c. de causis. 4. x. de off. & potest. jud. de-*  
*legat. n. 3.* Sunt, & qui distinguendum putant, An fidejussor simplici-  
ter absq; certi temporis expressione datus, an ad certum & definitum  
tempus tantum se obligaverit; Et priori casu per prorogationem ter-  
mini in scio & ignorante fidejussore factam illum non liberari; sed bene  
casu posteriori existimant *Rauchb. p. 2. quest. 23 n. 7. Hippol. de Mar-*  
*fil. in rub. ff. de fidejuss. n. 89. Panorm. in c. 3. x. de Fidejuss. n. 10. An-*



*dr. Fachin. lib. 2. Controv. c. 88. quos refert, & sequitur Berlich p. 2. Concl. 25. n. 18.*

Nos circa istam controversiam non incommodè distingvi posse arbitramur; An I ipsa fidejussio ad tempus expressè restricta sit; an vero II. tempus solutionis differendæ causa sit adjectum; an III ipsa obligatio principalis tempore certo sit determinata. Priori casu, licet obligatio principalis fuerit prorogata, tamen liberatur fidejussor, nisi ipse in mora fuerit constitutus. *Carpzov p. 2. c. 19. def. 6. 7. Meruius ad Jus Lubec. 3. t. 5. art. 1. n. 46 & sequ.* Secundo casu, elapso licet termino, ac prorogatione citra assensum fidejussoris factâ, non solvitur fidejussionis nexus, nec propterea liberatur fidejussor. *Carpz. d. l. def. 1. 2. 5. Meru. d. l. n. 50. Perez. in Cod. ad tit. de fidejuss. n. 44.* Neq; Tertio casu elapsum tempus ipsi principali obligationi adjectum liberare fidejussorem potest. *Carpz. d. l. d. 4. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47. th. 47.* Quod si simpliciter debitor, non adjecto aliquo tempore quid debeat, quin isto casu perdilationem concessam debitori à creditore, fidejussor non liberetur, minus dubii habet. *Wesensbec, ad tit. de fidejuss. th. 25. Struv. Syntagm. jur. Civ. Exerc. 47 th. 47.*

F I N I S.





**P**roemia militibus non sunt ubi praelia cessant,  
Non nisi praecipuo palma labore venit.  
Gloria cunctatur n̄ Martis & artis acumen  
Hanc quasi stricto provocet ense Deam.  
Sic & ubi calamis veniunt certamina nostris.  
Inq̄, atramentum sanguinis amnis abit.  
Aut ubi quis cathedrā contra omnia tela paratus  
Nititur ingenio; Gloria vera redit.  
Sic Tibi, Garseni, Cathedrae dum gnarviter adstas,  
Non didicisse satis sed docuisse placet.  
Ergo, Fidejussor quid sit dum rite reducis,  
Ipse Fidejussor certus honoris ero.

Nobilisf. atq; Consultisf. Dn. Licentiato, Amico  
suo & Fautori Honoratissimo,  
ita applaudebat

**TIDO HENRICUS** à Vith / Eloq. Prof. Ord.  
& Universitatis h. t. Rector, & Civitatis Franco-  
furtanae Consul Regens.

---

In Disputationem Solennem  
Clariss. Dn. CANDIDATI.

**F**ide, vide cui. Nam Majorum. En dextra Fides q̄!  
Esse putant nusquam, ficitubante Fide.  
Sæpe Fides cara est, & qui vadimonia praestant,  
Hinc, GARSSENE, Fide-jure jubere doces.  
Es meditatus opus fidum, quod spirat Honorem,  
Qvo mox cum plausu concomitere, precor!

<sup>f.</sup>  
**JOH. FRIDERICUS RHETIUS,**  
Ordinarius Facult. suæ.

---

**F**IDEJUBERE posse, GARSSENI, negas  
MUTOS, ineptos esse Testimonio  
Volunt eosdem Jura qui custodiunt;  
At pace dixerim Tua, contrarium

Facto



Facto Tuomet enitere proprio:  
Hæc namq; perpolita DISPUTATIO  
Mentis Tuæ Vitæq; MUTA Testis est,  
Et Eruditionis exactissimæ;  
Sed una major omnibus loquentibus,  
Et major omni sola Testimonio.  
Sed & FIDEJUBERE DISPUTATIO  
Valebit inter universos posteros,  
Te Jura curis Sacra diligentibus  
In cuncta porro traditurum Secula,  
Et distributurum piâ solertiâ.  
Sed & Tibi FIDEJUBERE dixero  
Hinc extiturâ pro perenni gloriâ,  
Et Fructibus Laboris æternantibus.  
Sic MUTA Testis MUTAq; FIDEJUSSIO  
Suâ reponi sede sane postulant;  
Et si Tibi permisit haut modestia  
Id indicare, me tamen justâ feres  
Tuam Tuiq; prænitentis Ordinis  
Exceptione limitare Regulam:  
Si MUTA Testis MUTAq; FIDEJUSSIO  
Minus valent, GARSSENII, Scriptum tamen  
MUTUM licet, quocunq; Teste majus est,  
Et majus omnibus FIDEJUSSORIBUS.

*Sic Doctissimam DISPUTATIONEM  
Consultissimi DN. D. GARSSENII  
prosequitur*

J. C. BECMANUS, D.



**Q**vando Viri Clari GARSSENI tempora cingit  
Diva, meum pectus gaudia vera capit.  
Namq; subit mentem, quod quondam Matris Alumnus  
Sveviacæ nostrum fidus uterq; fuit.

Nimirum vitam mirabar, laudè vehendam,  
Musarum gnato qvalis agenda fuit.  
Gratulor hinc meritò. Deus hos dignetur honores  
Omnigenis aliis accumulare bonis.  
Ipse FIDEJUSSOR Sponsorq; fidelis eundem  
Ad culmen veræ prosperitatis agat!

*Nobiliss. atq; Consultiss. Dno. Autori, Fauto-  
ri atq; amico suo perpetim colendo, de  
honoribus Doctoralibus diu anteprome-  
ritis, ex animo gratulaturus pauca  
hæc varias inter occupationes depro-  
perabat*

SAMUEL STRIMESIUS, in Uni-  
versit. Viadrina S.S. Th. & Phil. Prof. Publ.  
nec non Ecclesiastes Primar.

---

**P**romeriti Domino GARSSEN tribuuntur honores,  
Ut capiat felix, adnuat ipse DEUS.

*Pauca hæc in sui memoriam & amicitia  
Tesseram scripsit*

A. W. Ammandernende / Phil. & Ebr.  
Lingv. Prof. Publ. Ord.

---

Trochæus.

**L**audibus donare justis atq; dignis Præmiis  
Pulchra qui sciunt mæri, est asportati congruum.  
Inde Lacones solebant & Qvirites inclyti  
Strenuos suo decore milites extollere  
Qui cadebant præliantes fortiter pro Patria,  
Mortuorum oliva cinxit gloriosa tempora,  
Atq; in urbem demum amictos inferebant purpura.  
Cur togati non brabea milites capesserent:

*Ælian. l. 6.  
var. histor.  
Qveis*

G



Quis suum studium placebat streuè percurrere,  
 Quicquid est molestiarum devorare fortiter,  
 Atq; vim didicisse Legum ptovidâ solertiâ  
 Cur ne haud remitterentur ex nitente purpura  
 Splendidis caput galeris splendidum facientibus?  
 Ictus probatus militare scribitur,  
 Non minus qui providere noverit mortalibus,  
 Quam Parentes si tueri præliis & vulnere,  
 Et laboraret misellam liberare patriam. *l. 14. C. de Advoc.*  
 Vita, quam præclare GARSSEN usq; gesisti optimè, *dir. jud.*  
 Quando plures ante Soles diligens inviseres  
 Has domos Musis dicatas, & Themisti deditas  
 Eruditio singularis, quam probat specimen Tuum  
 Nempe de Fidejubente docta Disputatio.  
 Maximas laudes merent, atq; singularia  
 Quæ petis Doctorum honores singulares præmia.  
 Erudito de labore, deq; honore gratulor,  
 Utq; honoribus fruaris in JEHOVÆ gloriam  
 Apprecor de mente tota, proximiq; commodum.

*Ita Nobiliss. & Consultiss. Dno. GARSSEN,  
 Amico suo à multis jam annis dilectis-  
 simo pro gradu summa cum laude di-  
 sputandi, ut & novis honoribus Docto-  
 ralibus conferendis ex animo gratulor*

ANTON DANIEL Sonnemann/  
 J. U. L.

**M** *Ulti jugæ specimen doctrine macte dedisti  
 Eunomie cordum GARSSEN & Aonidum.  
 Hinc TIBI promeritum Spectabilis arte Decanus  
 DOCTURÆ summum RHETIVS ecce gradum  
 JURIDICA confert, Teq; & Diademate cingit  
 Quo claret perpes Nomen in orbe Tuum.  
 Sit precor & roveo hæc TIBI semper Adorea felix  
 Et crescat titulis jugiter aucta novis.*

Maxi-



Maxima BRUNOPOLIS quoq; commoda sentiat ex Te  
Adjuta auxiliis Consiliisq; Tuis.

Hicce paucis Nobilissimo atq; Consultiff. Dn.  
HENR. JUL. GARSSENI, Fautori ac A-  
mico suo honoratissimo de Honoribus  
DOCTORALIBUS U. J. sincera mente  
gratulari voluit debuit

M. JACOBUS MOLLERUS,  
C. Elect. Advoc.

---

**S**iccine, GARSSENI, Virtutis captus Amore es?  
Vah, ut in hoc, omnes sic quoq; vincat Amor!  
Ipsa TIBI modo nunc Pallas pulcherrima Virgo  
Jungitur æternum Connubiô stabili.  
Quam magis in Patria posses offendere dignam?  
Quod Decus optatâ ducere Sorte Domum?

*Hocce Honoris Ergò*

JOHANN HENRICH VVITTE, Not.  
Cæs. publ. & p. t. Assessor Jud.  
Reipubl. Francof.

---

**N**VnC age, GARSSENI, MVLtos felICiter annos;  
CVncta tibi hoC anno gLoria faVsta vehet.

*Hoc Chronodistichon honorando Dn. Au-  
toris cordicitus adjicere debuit*

SAMUEL CARPZOV, Hall. Sax.

---

**S**ic tentata via est, doctis quâ Tu quoq; possis  
Surgere responsis; voce replens cathedram.  
Non Tibi, GARSSENI, cui parta scientia summa  
Doctrinae summus sit quoq; partus honor?  
Exigit id præsens hæc Dissertatio; magna  
Hoc opus, hic labor est Artis & Ingenii

*Cumq;*



Cumq; fidejubeat, Te tanto munere dignum?

Ergo tuæ laudis præmia digna cape.

Hæc in honorem Clariss. & Nobiliss. Dn. Respondentis Fautoris & amici sui pereximii gratulanti animo concepit

G. HINTZE.

**I**lla seges demum votis respondet, abundans  
Quando suo tandem tempore messis adest.

Nec, GARSSONI, etiam es vanis illusus avenis;

Quæ expectata Tibi, nunc quoq; messis habet.

Scilicet ex cultis studiis Tibi copia plend

Provenit cornu, frugibus undat ager.

Quantos hæc fruges referunt flores & odores!



Flos licet intereat, morte manebit odor.

*Exiguus hisce Lineis Nobil. & Cl. Dno. Resp. de Ampliss. Virtutum suarum messe gratulari voluit*

HEINRICH HINTZE.

**S**o ist's/ Hochwehrter Freund/ so will die Tugend lobnen  
Dem/ der durch sondern Fleiß ihr suchet treu zu seyn/  
Auff Arbeit folget Ruh/ auff Siege Lorber-Krohen/  
Nach vielem Sturme glänzt beliebter Sonnen-Schein/  
Die Asch aus Aethnens Klufft lehrt/ daß da Funcken liegen/  
Und dessen Heimlichkeit wird durch die Flamme licht.  
So muß die Weißheits-Flamm in Ihme billig siegen/  
Wann Sie mit sondern Ruhm in Berg und Thåle bricht.  
Sein tieff erhigter Geist soll nicht im finstern schweben/  
Die Pallas nimmet Ihn in ihren Tempel an/  
Es soll Sein Nahme stets bey hellen Sternen leben/  
Weil Er nur bloß gesucht die rechte Ehren-Bahn.  
Die Themis ist bereit den Purpur Ihm zu schencken/  
Den keine Motte frist/ der keine Schmincke acht/  
Kein Unfall müsse Ihn bey diesen Ehren kräncken/  
Weil bloß durch Himmels-Gunst Er glücklich wird gemacht.

ESAIAS Stein/ Brunsv. Saxo.













101A

ULB Halle 3  
002 628 52X




56











B.I.G.

Farbkarte #13

B. V.

~~P. N. 7. XX~~  
P. N. num. 4.

...IDICA SOLENNIS, 1681, 10

# ...DEJUS- ...UM,

12/

...AM  
...FACULTATIS JURIDICÆ  
...SIMA VIADRINA,  
*residio*

...DERICI RHETII,  
...POTENTISSIMI ELECTO-  
...ONSILIARII, FACULTATIS  
...I, DECRETAL. & JURIS PUBLICI  
...PUBL. ORDIN.

22

...TROQVE JURE HO-  
...BTINENDIS.  
*no Juridico*

...n examini submittit  
*An. MDCLXXXI.*  
...Pomeridianis

...IUS GARSSEN,  
...VICENSIS.



...cis Viadrum,  
...HORI ZEITLERI.

